MYTHOLOGIAE SEPTENTRIONALIS

MONVMENTA EPIGRAPHICA LATINA

EDIDIT

VARIETATE LECTIONIS ET ADNOTATIONE

INSTRVXIT

JOANNES DE WAL

JVR. ROM. ET HOD. D.

TRAIECTI AD RHENVM

APVD KEMINK ET FILIVM

MDCCCXLVII

MYTHOLOGIAE SEPTENTRIONALIS
MONVMENTA LATINA

EDIDIT

VARIETATE LECTIONIS ET ADNOTATIONE

INSTRVXIT

JOANNES DE WAL

J. ROM. ET HOD. D.

VOLVMEN PRIVS

MONVMENTA CONTINENS EPIGRAPHICA

TRAIECTI AD RHENVM

APVD KEMINK ET FILIVM

MDCCCXLVII

MYTHOLOGIAE SEPTENTRIONALIS

MONVMENTA EPIGRAPHICA LATINA

EDIDIT

VARIETATE LECTIONIS ET ADNOTATIONE

INSTRVXIT

JOANNES DE WAL

J. ROM. ET HOD. D.

ADVOCATVS FISCI AD CVRIAM SVPREMAM MILITAREM IN NEERLANDIA SVBSTITVTVS,

SOCIETAT. ERVDIT. AMBIAN. ANTVERP. ATHEN. BAMBERG. BONN. FRISIC.

HAFN. HENNEBERGIC. LEIDENS. MOGVNT. TRAIECT. WETZLAR. WIR-

CEBVRG. ET ZEELANDICAE ADSCRIPTVS



TRAIECTI AD RHENVM

APVD KEMINK ET FILIVM

MDCCCXLVII



PRAEFATIO.

Saepius equidem homines antiquitatis Septentrionalis (quae dicitur) studiosos audivi querentes, quod Germanorum veterum Gallorumque Mythologia (quam Celticam vocant alii) ab argumenti quidem varietate et praestantia dignissima esset, quae philologorum et historicorum animos adverteret, accuratior tamen fontium huius doctrinae cognitio admodum esset difficilis, quod hi partim essent late dispersi, partim ita obscuri et abditi, ut vix possint reperiri. Innumeros igitur consectandos esse rivulos, ut eius disciplinae dignitatem ac momentum rite aestimare possis.

Neque iniustas esse has querelas fatendum est. Multi enim sunt qui in variis antiquitatis partibus perscrutandis strenue elaborant: alii antiquarum linguarum Germanicarum origines indefesso labore indagant, ex iisque Deorum hominumque et variarum rerum nomina explicare student: alii leges, illud vitae civilis quasi speculum, eruunt: alii chronicorum medii aevi sylvam pervestigant:

alii denique vitam et acta Apostolorum, qui fidei Christianae in orientali et boreali Europa quasi semina sparserunt illustrare conantur. Neque praetereundi sunt ii, qui singulari industria paganorum cultus divini reliquias partim e vulgaribus aequalium superstitionibus, partim ex recentioris historiae documentis eruere aggressi sunt. Neglexerunt tamen illorum plerique inscriptiones, quae dicuntur, sacras, et saepe miratus sum in eruditissimis virorum doctorum commentationibus de Germanorum Gallorumve religione exiguam duntaxat lapidum rationem esse habitam. Immo crederes paene eos hoc monumentorum genus disciplinae suae finibus exclusisse, nisi aliquoties ad illorum auctoritatem diserte provocarent. Itaque in Numinum indigenarum numero (ut exemplo utar) Nehalenniam nemo praetermittit, cuius pervulgatius quidem nomen, locus tamen in Mythologia nondum satis definitus et explicatus est. De quibusdam aliis, ut Hludana, Saxano et Macusano Hercule, idem dicendum: nonnullorum vero Deorum, Romanis prorsus incognitorum, quorum tamen in lapidibus per Germaniam, Britanniam, Galliam dispersis mentio fit, raro plerique meminerunt. „Quotus enim quisque nunc est „*mythologorum*, historicorum, quorum in scriptis „probabilis huius generis eluceat scientia? Neque „tamen propterea quemquam reprehendo: etenim „fatigamur ubique incredibili titulorum multitu-

„dine, e quibus nihil omnino proficias, nisi si „sterilem nominum plebeiorum ac servilium noti„tiam adeptus operae pretium te fecisse putes."

Haec Orellius, vir unus in paucis doctus, qui ante hos viginti annos Inscriptionum Latinarum selectarum amplissimam edidit collectionem. At ille Romanae antiquitatis disciplinam lapidum monumentis illustrare instituit: quae ad barbarorum vitam et mores cognoscendos attinent, attigit potius quam exhausit, atque in segmento de numinibus peregrinis (C. IV. § 36) satis copiosam titulorum huc spectantiam descriptionem ab illo exhibitam esse nemo facile affirmaverit. Praeterea post praeclarum illum librum editum insignis marmorum lapidumque reperta est copia, quorum inscriptiones a singulis Archaeologis vel in diversis Societatum Eruditarum collectionibus vel in singularibus libellis, commercio parum saepe frequentatis, communicatae sunt et expositae.

Itaque nec supervacuam nec incommodam multis operam me fecisse confido, cum parvae molis volumine omnes illas comprehenderem inscriptiones Latinas, quae ad Mythologiam Septentrionalem pertinere dicendae sunt, quarum notitiam aut e Bibliothecarum publicarum in patria nostra copiis haurire mihi licuit, aut a viris de hocce studiorum genere egregie meritis accipere contigit 1).

---

1) Multum in his debeo viro clar. Hefnero, Antiquitatum in

Quo in opere peragendo ita versatus sum, ut primum eos conferrem titulos, qui deorum dearumque indigenarum exhibent nomina: hos deinde sequerentur ii, in quibus numinum Romanorum nominibus addita sunt cognomina, quae topicam indicant originem. In quo tamen adhibenda erat cautio, ne ad Germanorum aut Gallorum religionem referrentur, quae ipsum Romanum in hisce regionibus cultum produnt, aut ad aliud quoddam argumentum manifesto pertinere videntur.

Praetermittendos igitur censui primum omnes illos lapides, quorum inscriptiones, licet ab indigenis hominibus profectae, Romanorum tantum numinum nomina haberent, cuiusmodi est Oberwinterianus ille:

HERCVLI
CLAVDIVS
CVRFAIVS
B. COS.

Quamvis enim e nomine viri, qui hanc aram posuit, merito effeceris, eum fuisse hominem Germanum in legione Romana militantem, nuda tamen Herculis invocatio nihil habet, quod Germanorum Mythologiae lucem afferre possit.

Neque Deorum Matrum Matronarumque aras describendas putavi, quamquam harum cultus, e

---

Bavaria repertarum editori doctissimo. Cui pro singulari benevolentia gratias agere mihi liceat quam maximas.

lapidibus inscriptis unice fere cognoscendus, ex ipso Germanicarum gentium ingenio explicandus videtur. Haec enim monumenta nuper peculiari libello vernacula oratione conscripto illustrare singulorumque textum ad optimorum auctorum fidem exhibere sum conatus.

Praetermittendi etiam erant numinum topicorum lapides votivi, qui, etsi non ad Romanam religionem spectant, a nostro tamen argumento alieni sunt putandi, quia cultus divini apud alios populos in regionibus remotis sunt documenta. Ex hoc genere sunt lapides nonnulli in Africae oris reperti. Auziae in Mauritania effossa est ara AVZIO DEO GENIO dicata et a. 1836 in oppidis Beylick et Agader Avusvae et Aulisvae, numinum ignotorum, marmora [1]) reperta sunt votiva:

DEO INVICTO	DEO
A V V S V A E	.... CTO
. . . .	AVLISVAE
. . . .	FL.CASSI
ALAE EXILLIO	ANVS PRE
MARGORDIA	FC ... LAE
NAE ET PROC	EXPLOR..
	TOR ....
	...IOMART
	ENSIVM
	S . V ...

1) Cf. Cl. Hase, in Ephem. *l'Institut* (1837) II. 170. 2. 3. Monumentorum in Africa repertorum egregie curam habent viri in Francia cum auctoritate tum doctrina praediti, neque ibi silent inter armà scientiae iura.

Plura similis generis monumenta alibi inventa passim in peregrinatorum Commentariis memorantur.

Quod ad ipsam instituti nostri rationem attinet, id inprimis secutus sum, quamquam assequi saepe numero non licuit, ut quam castigatissimum exhiberem titulorum textum. Porro plurimos auctores indicandos putavi, in quorum scriptis eorundem monumentorum vel editio vel censura vel explicatio inveniri possit. Sint quidem nonnulli, qui id flocci aestiment, sibique, veriorem lectionem consecutis, pravioribus haud opus esse clamitent. At vero illud operae pretium fuerit cognoscere, deteriores illas quas spernunt lectiones ad idem, quod in manibus habeant, monumentum pertinere. Si quidem variarum lectionum comparatione neglecta, facile evenit, ut de aliquo argumento duo triave testimonia sibi proposita esse credant, cum tamen de uno eodemque monumento singuli inscriptionum editores agant; unde interdum fit, ut pro ineditis venditentur, quae iam diu in plurimorum scriptis sunt divulgata. Ex quo genere luculentissimum afferre lubet exemplum viri doctissimi Vincentii Maitland Heuberger, qui anno 1839 Societati Antiquariorum Francicae 1) hanc obtulit inscriptionem:

---

1) Vid. *l'Institut.* (Sect. philol.) IV. 40.

CAMPES. ET
EPONAE ALAI
STVG EPCR QVI ET
AƎ 'BASSIANVS
RACE V S LEM

Ineditam hanc esse affirmavit vir doctus, quamquam saepius est typis exarata, tum a scriptoribus, in hoc volumine, no. CXV citatis, tum a Reinesio, in Inscr. Synt. I. 16. 40, Lingeno, in Kleine Deutsche Schriften, II. 86, et Frickio, in Act. Societat. Lat. Jenens. V. 214.

Credo autem fore viros eruditos, qui iustum fortasse ordinem in hoc nostro opusculo desiderent et ipse nunc fateor mihi haud placere seriem istam *κατὰ στοιχεῖον*, qua ex inscriptionibus distribuendis usus sum. Eo enim factum est ut plures tituli ad calcem libri loco minus congruo sunt collocati, quos aut omiseram imprudens, aut sero repereram. Studiosorum tamen commodo istiusmodi vitia parum aut nihil obfutura esse ideoque facilem inventura excusationem confido.

Adnotatio brevis est, ut tironum usui accommodata: lectionis tamen varietates sedulo conquisivi. Emendanda sane haud pauca supersunt; atque illud praesertim miratus sum saepissime, quî factum sit, ut tam depravatae lectiones in multis inscriptionibus receptae sint ab iis, quibus meliores nosse haud difficile fuisset. Sic inscriptionem XVI sex versibus distribuendam esse, nu-

perrime docuit me Courteti Disputatio de Antiquitatibus Deae Vocontiorum servatis [1]): duobus autem versibus constare illam quae n°. LXIV est descripta, si Deyrono [2]) fides tribuenda.

Similiter inscriptionem XCI, quam e Lerschii Museo Centrali Rhenano, utilissimo sane opere, descripsi, corrigere nunc iuvat tum ex ipsius Additamentis [3]) tum ad Janssenii [4]), viri in hisce studiis versatissimi et diligentissimi, *αὐτοψίαν*:

MERCVRIO
CISSONIO
LAROVS
S E N I S
V. S. L. M.

Dum haec scribo, adfertur primus fasciculus Opusculorum Archaeologicorum, a Societate Lingonensi Historica deinceps edendarum [5]). Longam laetamque messem pollicentur hae primitiae! Continet inter alia hanc inscriptionem:

IN H. D. D.
DEO MERCV . . OCCO
. . . . VET . .

---

1) Révue Archéologique. IV. (1847.) 209.

2) Deyron, des Antiquités d. l. Ville de Nismes (Nemausi 1663) p. 85.

3) Lersch, Centralmus. Rh. Inschr. Nachträge, I. 71.

4) Janssen, ap. Fiedlerum, in Jahnii Jahrb. f. Philol. u. Paedagog. XXXVIII. (1843.) 303.

5) Mémoires de la Societé hist. et Archéol. de Langres (Ling.) 1847. I. X.

Vereor, ne fragmentum hoc sit unum superstes lapidis, quem n°. CLXVII memoravi, hominumque iniuria insigniorem deleverit partem, cui tempus per quindecim saecula pepercit.

Sunt denique et aliae inscriptiones [1]), de quibus addendum aliquid foret; typis enim expressa iam erant ea quae n°. CCXLVIII e Sponio retuli, antequam Longperierii, Bernardi et aliorum de Foro Segusiavorum Commentarii ad me pervenerant [2]); nec superest spes conspiciendi monu-

---

1) In Inscr. XX pro VIII sine dubio legendum II: In Inscr. CXXVII vs. 3 EX VOTO delendum. Inscr. CXXXIV nuper edidit Gachet, in Compte-Rendu des Séances de la Commission Royale d'Histoire (Brux. 1845). IX. 10, qui vs. 2 legit HALEMARE. Ad Inscr. CXXXIX iam conferatur Grotefend, Annal. Bonn. XI. 76. Inscriptio CLVIII in nuperrima Perrotiani operis editione sic refertur:

MARTI. AVG
LACAVO SVCRVM (*sic*)
ADGENTI EX AERE
COLLATO

Neque Orellium sequi me oportuit in Inscr. CCXLVII, quae ita legatur:

D E O H E R
S A E G O N
T. T A M M O N
I
SAEN TAMMON
V I T A L I S
D ♂ H O N C

Vid. J. Ward, An Explication of a Roman Inscription, found not long since on a stone at Silchester in Hamshire, Philos. Transact. XLIX. no. XV. p. 200.

2) Plures quoque emendationes adfert undecimus fasciculus Annalium Bonnensium nuperrime editus, in egregia peregrinatione

menti, sub n°. CCLV nuncupati, Moguntiae quippe vix reperti, quum illico eheu! deletum est, uti his ipsis diebus docuit Doct. Klein, in Moguntinae Societatis Symbolis Antiquariis. Verum haec missa facimus: tu autem, lector bene-

---

Alpensi, quam descripsit Deycksius, Professor Monasteriensis. Inscript. ccxv sic legatur:

IOVI POENINO
Q. SILVIVS PEREN
NIS TABELL COLON
S E Q V A N O R
V. S. L. M.

In Inscr. ccxvii DEMONSTRATVS corrigatur: DEMOSTRATVS. Inscriptio ccxxviii, quae hodie legitur in Museo Bernensi, ita se habet:

PAVLVS. VE.
RESTITV....
TRIB. MI.
POEN...
V...

In his Orellium temere secutus eram, uti et in Inscriptione clxxv, quae in ecclesia vici Cressier sic legitur:

NARIAE
NOVSAN
TIAE
TILONNIN
VS. LM.

Iuxta hunc servatus est alter lapis cum hac inscriptione:

MARTI
SACRVM
T. FRONTINIVS
GENIALIS
V. S. L. M.

Meliora haec debentur benevolentiae viri doct. Verenet, antea Lectoris in Universitate Traiectina, nunc Professoris Neapolitani in Helvetia.

vole, his utere feliciter et si quid ab auctore minus recte relatum inveneris, ignoscas homini in publicis vitae civilis negotiis occupato, cui subsecivas tantum horas his studiis dicare vacat.

Scripsi Trajecti ad Rhenum,
ipsis Idibus Septembris
MDCCCXLVII.

INSCRIPTIONES.

I.

DEO ABELLIO
NI
MINICIA
IVSTA
V. S. L M.

Deo Abellioni Minicia Iusta votum solvit lubens merito.

Lapis repertus Convenis Novempopuloniae, hodie territorium vici Cominges.

Cf. Gruter, Thes. Inscr. 37. 4. Scaliger, Auson. Lect. I. 9. 153. Toll. Orelli, Inscr. Lat. I. 348. 1952.

II.

ABELIONI
DEO
TITVLLATIO
MVLLIA V. S. L M.

Abelioni deo Titullatio (et) Mullia votum solverunt lubenter merito.

Monumentum vetus, quod Millini aetate Musei viri ampl. Lucas, Tolosani, exstitit ornamentum.

Cf. Millin, Voyage au Midi de la France, IV. 447.

2. 3. Dubito, quin Titullatio Mullia vocabula ad unam eandemque personam referri debeant.

III.

ABELIONI
DEO FORTIS SVLPICII
V. S. L. M.

Abelioni deo Fortis, Sulpicii (filius), votum solvit lubens merito.

Inscriptio, sub imagine huius dei, servata in Sanctuario oppidi Garin- en Arboust, prope urbem Saint-Gaudens (Dép. Haute-Garonne).

Cf. Dumège, Monum. Rélig. d. Volces Tectosages. Barrau, Mém. d. l. Société des Antiq. de France, VII. Praef. 63.

2. Explicandi rationem secutus sum, quam proposuit doct. Dumège. Contra Barravi judicium FORTIS vocabulum ad divinitatem refert, ita ut brevior pro *fortissimo* sit formula. Ipsiuis adscribam verba. „Abélion, que les Gaulois consideraient comme dieu du Soleil et de la Médecine, a, par cette raison, été regardé comme l'emblême de la force, surtout lorsqu'il entre dans le signe du lion, dont le passage était marqué dans les anciens calendriers par ces mots: *naissance du soleil invincible*".

IV.

ABELLIONI. DEO. TAVRINVS
BONE CONI SEVSIM.

Abellioni deo Taurinus —

Monumentum eodem in loco repertum, quo aliud sub 1. memoratum.

Cf. Gruter, Thes. 37. 5. Millin, Monum. inéd. 1. 100. (16).

2. CONI. Ita Gruterus. Millinus habet CONS. Neutra tamen lectio placet, quippe nullam plane idoneam explicandi rationem praebens. Melius fortasse ita suppleverim :

BONE CONI (VGI)S EXS IM.

Quod significaret *bonae coniugis ex imperio.*

V.

ABELLIONI. CISSONTEM. CISSON. BONNIS
FIL. V. S. L. M.

Abellioni — — — Cisson Bonnisi filius votum solvit laetus merito.

Monumentum itidem repertum in loco sub 1 memorato.

Cf. Scaliger, Lect. Auson. 1. 9. Gruter. Thes. 37. 6. Millin, Monum. inéd. 1. 100. (16).

1. Posteriora duo vocabula apud Gruterum sunt coniuncta, secreta in Millini opere. Alterum vocabulum, CISSONTEM, certo certius est corruptum. Syllabae forte seiungendae, ut duo Cissontes, alter Temi, alter Bonnisi filius, hancce aram vovisse existimemus.

VI.

ABLLION[I]
DERROC
BORROCONIEVS
V. S. L. M.

Ab(e)llioni Derrocius Borroconieus votum solvit, laetus merito.

Lapis marmoreus, inventus in loco saepius indicato.

Cf. Millin, Mon. inéd. I. 100. Orelli Inscript. Lat. I. 348. 1953.

1. Priorem literam L pro E scriptam arbitratur Millinus. Potius existimaverim literam E prorsus excidisse sculptoris negligentia.

2. „Je crois qu'il faut separer les trois premières lettres DER des autres, substituer pour la troisième O à R, qui aura été mal figuré par le graveur et lire ABELIONI DEO". Millin. Quae si cui placet auctoris subtilitas, sequentia vocabula secus suppleri facilius patietur. Rocium Borroconieum altare posuisse existimat Millinus. Rocium scilicet cognovimus quemdam ex inscriptione apud Muratorium, LXVIII. 8, et Gruterum, CDXXXVII. 3.

De sequentibus aliter iudicare fas sit. Illud enim suspicari liceat, idem vocabulum bis in inscriptione latitare. Forte supplendum:

AB*e*LLIONI
DEO RO *conivs li*
BER ROCONI *i* FIL *ivs*

Emendationi autem favere videtur arae imago ap.

Mill. tab. XII. Rocium huncce auctor Gallicus ad Rosciorum refert familiam. Millino denique adstipulatur Orellius, l. l. p. 348.

VII.

IN H. D. D.
DEANAE. ABN
OBAE. CASSIA
NVS. CASSATI
V. S. L. L. M.
ET. ATTIANVS
FRATER. FAL.
CONE ET CLARO
COS.

In honorem domus divinae. Dianae Abnobae Cassianus Cassatius Notum solvit lubens laetus merito, et Attianus frater, Falione et Claro consulibus.

Cum anno 1778 terrae Badensis haud exigua pars inundata esset, haecce prodiit ara prope Mühlenbachii ecclesiam. Abbas Gerbertus illam ad Sancti Blasii monasterium transferri curavit. Iam Friburgensis Academiae bibliotheca asservatur.

Cf. Gerbert, Historia Sylvae Nigrae, 73. Wielandt, Beyträge z. ält. Gesch. d. Landstr. a. rechten Rheinufer von Basel, 152. Leichtlen, Röm. Alterth. im Zehendlande, 31. Legis, Altdeutsche u. Nordische Götterlehre, 29. Orelli, Inscript. Lat. I. 351. 1986. Steiner, Cod. nscr. I. 56. 90.

2. Deanae. Ita quoque in hac inscriptione Sumlocennensi:

DEANAE
IN H. D. D.
PRO IVVENTVTE
C. SVM. IVL. HR.
MES. T. C.

4. CASSATI i. e. CASSATIvs, uti bene supplevit Gerbertus. Nollem enim cum Orellio vocem *filium* subintelligere, ut Cassatius patris sit nomen. Inepte Steinerus duas priores quinti versus literas V. S. cum vocabulo Cassati coniungi iussit, ut plene viri nomen exhiberetur. Ubi tunc enim formulae votivae quaeras priorem partem prorsus necessariam ?

5. 6. Insolitus vocabulorum ordo, quem adeo antiqui monumenti editoribus in vitium vertit Steinerus. Inique, credo: lapidarius enim, qui raro admodum plures homines unam vovere aram cognoverat, formulam votivam praemature altari excisit.

8. A. 193. p. Ch. n., Q. Sosio Falcone et C. Iulio Fructo Claro consulibus.

VIII.

DIANAE ABNOB.

Dianae Abnobae.

Inscriptio in basi Statuae, quae in oppido Badenweiler ad thermas Romanas reperta est, ibidemque mutilata servatur.

Cf. Gerbert, Historia Sylvae Nigrae, II. 100. Wielandt, Beyträge, 129. Preuschen, Denkmale von alten physischen u. politischen Revolutionen in den Rheingegenden, 76. Steiner, Cod. Inscr. Rheni, I. 61. 100.

IX.

ABNOBAE
Q. ANTONIVS
SILO > LEG. I. A
DIVTRICIS. ET
LEG. II. ADIVTRI
CIS. ET. LEG. III. AVG.
ET. LEG. IIII. F. F.
ET. LEG. XI. C. P. F.
ET. LEG. XXII. P. FD.

Abnobae Quintus Antonius Silo, Centurio legionis primae adiutricis, et legionis III augustae et legionis IIII flaviae felicis, et legionis XI claudiae piae fidelis, et legionis XXII piae fidelis.

Lapis a. 1815 repertus in vico Alpirsbach, prope Oberndorf, ubi multa Romanae dominationis supersunt vestigia. A. 1834 in Antiquario Stuttgardiensi depositum fuit hoc monumentum.

Cf. Würtemb. Jahrb. f. Vaterl. Gesch. u. Geogr. 1825. I. 72. Tafel, in Seebode, Neues Archiv, 1826. I. 153. Maltens, Bibliothèque, 1829. III. 189. Bullett. d. Sceinc. Historiq. Févr. 1828. 150. Orelli, Inscr. Lat. II. 425. 4974. Creuzer, zur Geschicht. altr. Cultur, 63. 108. Steiner, Codex Inscript. I. 15, 24. Stälin, in Würtemb. Jahrb. 1835. I. 90.

2. Orelli: C. ANTONIVS.

6. Una haec est inscriptio Rhenana, quae legionis tertiae augustae mentionem faciat.

9. Apud Orellium decimus exhibetur versus:

VSLLM.

Quem tamen alibi frustra quaero.

X.

AVG. ACIONNAE
SACRVM
CAPILLVS ILLIO
MARI F. PORTICVM
CVM SVIS ORNA
MENTIS V. S. L. M.

Augustae Acionnae sacrum. Capillus Illiomari filius porticum cum suis ornamentis votum solvit lubens merito.

Ara ad fontem, cui nomen l'Etuvée, in tractu Aurelianensi detecta. Monumenti eximie conditi imaginem depinxit edique curavit sagacissimus Jollois, viarum, pontiumque praefectus (hoofdingenieur van den waterstaat).

Cf. Bullet. d. Sciences Histor. 1825. 306. Orelli, Inscript. Lat. I. 348. 1955. Mémoires et Dissert. sur les Antiq. Nat. et Etrang. publ. p. l. Société Royale des Antiq. de France, VII. praef. 59.

4. MARI F. PORTICVI. Ita cl. Botta, praefationis modo laudatae scriptor.

XI.

AGHONI
DEO
LABVSIVS
V. S. L M.

Aghoni Deo Labusius votum solvit lubens merito.

Lapis prope urbem Bagnères repertus, in quodam pago Asca.

Cf. Oihenart, Not. utr. Vascon. 507. Spon, Miscell. 111. 29. Martin, Relig. d. Gaul. II. 368. Murat. Thes. 1986. 2. Bimard, Proleg. 56. Orelli, Inscr. Lat. I. 348. 1954.

„Insculpti erant marmori discus et urceus. Alius non fuisse videtur Deus Aghon a Divo fonte Aquensis vici, nam discus voti pro restituta valetudine soluti index est. Disci enim tabellae erant votivae templorum parietibus appendi solitae ab iis, qui gratias pro acceptis beneficiis Diis referebat. Coniecturae nostrae suffragatur nominis Aghon Celtica originatio. *Ach* aquam priscis Germanis quondam significasse demonstrat Schilterus in Glossario Teutonico, quod etiam probat Leibnitzius. Idem etiam *on* et *ona* aquam quoque indigitasse alibi docuit. Ex *ach* igitur et *on* per pleonasmum exit Aghon, quasi dixissent *Aquam aquae* vel *rivum aquae*." Bimard.

XII.

DEO
. GHONI
. . AVLINI
. . AVRINI
V. S. L. M.

Deo (A)ghoni .. Aulinius et .. Aurinius votum solvunt laete merito.

Cf. Oihenart, Not. utr. Vascon. 507. Martin, Rel. d. Gaul. II. 368. Spon, Miscell. III. 92. Bimard, Proleg. ad Murat. 56.

Plures literas in versuum 2, 3 et 4 initio exolevisse significavit Bimardus.

XIII.

ALANTEDOBAE
SEX CORNELIVS PRIMVS
V. S. L. M.

Alantedobae Sextus Cornelius primus votum solvit lubens merito.

Repertum esse dicitur hoc monumentum in Brixiana regione ad oppidum Bodiciolum. Supposititium esse titulum suspicantur tum Orellius, cum Labus.

Cf. Muratori, Thes. 100. 1. Donatus, Suppl. Murat. I. 52. 6. Orelli, Inscr. Lat. I. 348. 1955. II. 429. Saxii Miscell. II. 268.

XIV.

ALATEIVI
AE EX
IVSSV I . .
DIVO
MEDICV.

Alateiviae ex iussu ipsius Divo medicus.

Titulus a. 1822 prope oppidum Xanten repertus.

Cf. Fiedler, die Römischen Inschriften in Xanten, 9. Fiedler, röm. Denkm. d. Gegend von Xanten u. Wesel, 150. C. L. Grotefend, in Gött. Gel. Anz. 1840. 811. Lersch, Centralmus. Rheinl. Inschr. III. 98. 197. Steiner, Codex Inscr. Rh. II. 17. 637. Houben's Antiquarium, 66. Spenrath, alterth. Merkw. d. St. Xanten, II. 40. Zeits. f. Alt. 1841. 431.

1. Leguntur in tituli primo versu hi literarum ductus:

ALATEIVI

Ultima litera forte L, quod Fiedleri coniecturae ansam praebent, seiungenti ALATE IVL, ita ut me-

dicus Divos monumentum condidisse censendus sit in honorem Alatae Iuliae, huius iussu. At, quaeso, quid significat ara, quam domesticus servus dominae suae vovet, hac ipsa petulanter iubente? Nihil simile prodit antiquitas. Merito igitur hancce explicationem reecit Grotefendus, qui tamen, incautius me iudice, ALATERVAE scribendum esse censuit, suffragante Lerschio; quibus tamen contra inscriptionis auctoritatem, a Fiedlero communicatam, vix adstipulari ausim. Neque aliquem intercedere nexum mihi persuasum est inter hunc titulum et aliud in Scotia detectum monumentum, Matribus dedicatum:

MATRIB. ALA
TERVIS ET
MATRIB. CAM
PESTRIB. COH. I.
TUNGR.

Cf. si tanti est, meum opusculum, De Moedergodinnen, Lugd. Bat. 1845, Opschr. 89. CXXII. Nihil omnino vetat quominus topicam Deam Alateiviam in Rheni oris, Matres vero Alatervas in Britannia cultas fuisse credamus.

XV.

ALO
SEX. NIG.
SOLLONIVS
V. S. L. M.

Alo Sextus Niger Sollonius votum solvit lubens merito.

Titulus, in Brixiana regione prope Roncadelle oppidum repertus. Orelli illum spurium esse suspicatus erat, at ex Labusii αὐτοψίᾳ sententiam mutavit. Io (ita hic) l'ho trascritta a Rocadelle, e l'ho fatto trasportare nel Museo Bresciano.

Cf. Donat. Thes. I. 55. 3. Orelli, Inscript. Lat. I. 1957. Labus, ap. Orellium, II. 429.

XVI.

DEAE AVG. ANDARTAE
L. CARISIVS SERENVS
IIIIII VIR. AVG.
VS. LM.

Deae augustae Andartae Lucius Carisius Serenus, sevir augustalis, votum solvit lubens merito.

Lapis repertus Deae Vocontiorum (Die).

Cf. Millin, Annal. Encyclop. I. 180. Orelli, Inscript. Lat. I. 348. 1958.

XVII.

DE AVG.
ANDARTAE
M. IVL. ANTO
NINVS

Deae Augustae Andartae Marcus Iulius Antoninus.

Inscriptio in Vocontiorum civitate Dea Augusta reperta.

Cf. Gruter, Thes. 88. 9. Bimard, Proleg. ad Murat., 60. Martin, Relig. d. Gaul. II. 12.

XVIII.

DE. AVG.
ANDARTAE
M. IVLIVS
THEODORVS.

Deae Augustae Andartae Marcus Iulius Theodorus.

Inscriptio in civitate Vocontiorum Dea Augusta reperta Grutero illam subministravit Scaliger.

Cf. Gruter, Thesaur. 88. 10 Bimard, Proleg. in Murat., 60.

„*Tò* Andarta conflatum est ex binis veterum Gallorum vocibus *And* et *Art.* And vel Ant ipsorum sermone finem, terminum, oram significabat. — Eius posteriores syllabae, ab altero Celtico vocabulo fluxere, scil. *Arta, Erta, Harta,* quibus addit *Cluverius Artham, Ertham, Vertam* et *Vertham.* Bimard.

XIX.

ARARDO DAEO
I. P. F.
V. S. L. M.

Arardo deo Iulius Publii filius votum solvit lubens merito.

Ara marmorea, reperta in oppido St. Beat, (Dép. d. Basses-Pyrenées).

Cf. Millin, Monum. inéd. I. 99. Orelli, Inscript. Lat. I. 348, 1959.

1. *Daeo* pro *deo.* Vitium, in aliis monumentis raro occurrens.

XX.

D. M.
Q. CAESIVS. Q. F. CLAVD.
ATILIANVS. SACERDOS
DEANAE. ARDVINNAE
FECIT. SIBI. SVIS. HERED.
IN. FR. P. XII IN AGR. P. XV
IIII IDVS OCTOB.
IMP. CAES. FL. DOMITIANO VIII
ET C. VALERIO MESSALINO. COS.

Diis Manibus Quintus Caesius Quinti filius Claudius Atilianus, sacerdos Deanae Arduinnae, fecit sibi suis heredibus in frumento partes duodecim, in agro partes quindecim, quarto idus Octobres, Imperatore Caesare Flavio Domitiano octavo et Caio Valerio Messalino consulibus.

Titulus, incerto loco repertus.

Cf. Gruter, Thes. 40. 4. Martin, Relig. d. Gaul. II. 46.

XXI.

ARDOINE. CAMVLO. IOVI. MERCVRIO. HERCVLI
M. QVARTINIVS. M F. CIVES. SABINVS. REMVS
MILES COH. VII PR. ANTONINIANE P. V. V. L. S.

Ardoinnae, Camulo, Iovi, Mercurio, Herculi, Marcus Quartinius Marci filius Sabinus Remu, smiles cohortis septimae primigeniae Antoninianae piae victricis votum (solvit) lubens merito.

Romae in aedibus Colotianis.

Cf. Gruter, Thes. 40. 9. Martin, Relig. d. Gaul. I. 486. Orelli, Inscr. Lat. I. 349. 1960.

1. ARDOINE. Ita Martinius, I. 486: in effigie habet ARDUINNE. Apud Orellium legimus: ARDOINNE. Intra priorem alterumque versum deorum effigies sunt insculptae: sub Ardoinnae nomine Diana Succincta cum pharetra et arcu, sub Camulo Mars cum hasta et clypeo: porro Iupiter hastam dextra, sinistra fulmen tenens, et Mercurius cum caduceo: denique Hercules, cui sinistra Hesperidum mala tenenti a dextris adiacent exuvium leonis et caput tauri. Quid sibi velit Fabretti (Emend. Grut. 1.) de Saturno cogitans, equidem haud intelligo. Male autem duobus versibus haec deorum nomina distinxit Martin, Rélig. d. Gaul. I. 284.

2. REMVS, i. e. ex civitate Remensi Gallica (Rheims) oriundus. Camulo eiusdem civitatis incolae et aliam voverunt aram, cuius mox exhibebimus inscriptionem.

3. ANTONINIANE. Ita nos cum Orellio: in effigie vero apud Martinium legimus: ANTONIANE. Literae denique P. V. varia ratione interpretati sunt editores.

XXII.

. . . MINERVAE
ARNALIAE
NVMINIBVS AVGVSTORVM
C. LVCCEIVS MARCELLINVS
DECUR.
V. S. L. M.

Minervae (et) Arnaliae, Numinibus Augustorum, Caius Lucceius Marcellinus, decurio, votum solvit lubens merito.

Ara, in pago Burgundiaco Villey, prope urbem Augustodunum (Autun) reperta.

Cf. Edm. Thomas, Hist. Augustod., 1. 3. 178. Mss. Bimard, Prolegom. ad Muratorium, 50. Maffei, Ant. Gall. 26. Saxe, Miscell. I. 11. II. 203. Orelli, Inscript. Lat. I. 348. 1961.

1. Inscriptionem ita supplendam judicavit Maffeius:

MERCVRIO ET MINERVAE
ARNALIAE
NVMINIBVS AUGUSTORVM SACRVM
C. LVCCEIVS MARCELLINVS
DECVR. V. S. L. M.

2. Ex Mss. cl. Le Beuf apud Orellium legimus ARNALYAE.

XXIII.

DEAE ARTIONI
LICINIA SABINILLA.

In basi sigilli aerei Muri prope Bernam urbem a. 1832 reperti, pollices VI alti, quod Pomonae persimile esse testatur Hallerus.

Cf. Haller, Allg. Schweizer Zeitung, 1832, 69. Orelli, Index Lect. in Acad. Turic. a. 1838, 52. Orelli, Inscr. Helvet. 187. 236.

1. Deam Gallicam Artionem habet Orellius.

XXIV.

GENIO ARVERNORVM
SEX. ORCIVS SVAVIS
AEDVVS.

Genio Arvernorum Sextus Orcius Suavis Aeduus.

Monumentum vetus, quod a nonnullis immerito ad sepulcralia est relatum.

Cf. Sirmondus ad Sidonii Apoll. (Par. 1652.) 50. Reines. Synt. Adpar. 1009. 5. Hagenbuchii Epist. Epigr. 128. Martin, Rél. d. Gaul. II. 207.

1. AVERNORVM. Ita Reinesius ad Langermanni fidem. Sirmondii tamen *αὐτοψίᾳ* firmatur lectio ARVERNORVM.

2. Mss. Langermanni habet: PROCIL. Reinesius de Occio sermocinatur, quod forte typothetae errori tribuendum. Gentem Orciam ex Grutero (241. 2.) cognosceremus: nisi in titulo ibi allegato pro ORCIVS legendum esset CONCIVS, uti probavit Hagenbuchius vir sagacissimus. Eadem fortasse haec gens cum gente Orchia, cuius mentionem facit inscriptio apud Fabrettium, 636. 305.

XXV.

ASTOILVNNO DEO
C. FABIVS
LASCIVOS
V. S. L. M.

Astoilunno deo Caius Fabius Lascivos votum solvit lubens merito.

Altare repertum in oppido St. Beat.

Vgl. Baudouin, in Mag. Encycl. ann. VII, t. I. p. 93. Millin, Mag. Encycl. ann. VI. t. III. p. 433. Monum. antiq. inéd. I. 97. Orelli, Inscr. Lat. I. 349. 1962.

1. Dei nomen ex lingua celto-britonica explicat Balduinus, cui Celtiberorum videbatur Cupido. Vocem *Touillyn* perductorem significare affirmat, *as* vero diminutivi vim habere. Graviter vero impugnatur haec explicandi ratio a Millino, qui ad Herculem Ilunnium inscriptionem refert. At vid. quae adnotavimus ad Ilunni nomen infra.

3. Lascivos nomen proprium. Inepte adiectivum habetur a Balduino, ut scilicet voluptatis desiderium publice agnoscat Cupidinis cultor! Canilium Lascivom cognovimus ex hac inscriptione,

TVTELAE
AVG
LASCIVOS CANIL
EX VOTO
L. D. EX D. D.

Gruter, 104. Muratori CIII. 10. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 361. Aelium porro Lascivum ex inscriptione apud Grut. CCCXXX. 2, apud quem et Lucretium Lascivum in ara Nemausensi conspicimus:

D. M.
IIIIII. VIR. AVG. SEX. LVCRETI
VS. LASCIVVS. SIBI ET LIENVAE
SATVRNIAE VXORI.
V. F.

Gruter, Thes. CCCCXXVII. 4.

XXVI.

DEAE AVENTIAE
ET GENIO INCOLAR
T. IANVARIVS
FLORINVS
ET P. DOMITIVS
DIDYMVS
CVRATORES COL
EX STIPE ANNVA
ADIECTIS DE SVO
H S. N̄. I. D.

Deae Aventiae et genio incolarum Titus Ianuarius Florinus et Publius Domitius Didymus, Curatores Coloniae, ex stipe annua, adiectis de suo sestertiorum nummorum mille quingentis.

Ara in pago Munchenweiler Helvetico exstans.

Gruter, Thes. 110. 2. Hagenbuch, Mss. 4, 191. Donati, Suppl. 58, 8. Marcelli, de stylo Inscript. 1. 49. Schmidt, 13. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 367, Orelli, Inscr. Lat. I. 120. 368. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rheni, II. 322. 569. Orelli, Inscript. Helvet. 171. 177.

4. FLORINI nomen habet Orellius: apud Martinum et Schmidtium legimus: FLORIANVS.

5. LVCIVS DOMITIVS vocatur alter hicce curator apud Martinum: Orellium secutus sum, Hagenbuchii nisum auctoritate.

8. Ita quoque in monumento Italico: MATRIS AVG. EX S. STIPE ANNVA X. XXXV. Cf. nostrum opusc. De Moedergodinnen, Opschr. 8. X.

XXVII.

DEAE AVENT
T. TERTIVS
SEVERVS
CVR. COLON.
IDEMQVE ALL
CVI INCOLAE
AVENTICENS
PRIM. OMNIVM
OB EIVS ERGA
SE MERITA
TABVLAM. ARG
P. L.
POSVER.
DONVM D. S. P.
EX HS. V. CC. L. D.

Deae Aventiae Titus Tertius Severus, curator Coloniae idemque allector, cui incolae Aventicenses primum omnium ob eius erga se merita tabulam argenteam pondo quinquaginta posuerunt: donum de sua pecunia ex sestertiis quinque mille ducentis et quinquaginta dedit.

Lapis in agro ad pagum Wiflisburg repertus.

Cf. Gruter, Thes. 110. 3. Hagenbuch, Mss. IV. 207. Schmidt, 13. Orelli, Inscr. Lat. I. 120. 369. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. II. 323. 570. Orelli, Inscript. Helvet. 172, 178.

3. Deest hic versus apud Orellium.

5. Schmidtius explicat ALLE*ctus*. At cf. Gruter, 83, 4. 245, 7. 375, 3. 471, 9. 375, 2.

12. 13. Apud Steinerum hi duo versus sunt coniuncti.

15. In Gruteriano Thesauro decimus sextus additus est versus D. D. At Hagenbuchius *αὐτόπτης* non vidit nisi L. D. in fine versus 15. Gruteri lectionem praefert Orellius, ut significetur notissima formula: *locus datus decurionum decreto.*

XXVIII.

DEAE AVENT.
C. IVL. PRIMIT.
TRIVMVIR
CVR. COL. I-E. F. A.
CVR IIIIII VIR
D. D. SV-H M. P.
. II
L. D. D. D

Deae Aventiae Caius Iulius Primitivus, triumvir, curator coloniae Helvetiae foederatae Aventici, curator sevir, dato de suo bis mille pondere, loco dato decurionum decreto.

Ara in castello Wiflisburgensi detecta: nunc fere evanida inscriptio.

Cf. Gruter, Thes. 463. Von Haller, Helvet. unt d. Röm. II. 259. Hagenbuch, Mss. I. 230. Schmidt, 12. Orelli, Inscr. Lat. I. 120. 370. Steiner, Cod. Inscr. Rhen. I. 323. 571. Orelli, Inscr, Helvet. 172. 179.

2. IVL. Propter hasce literulas, quae satis distincte in ara leguntur, nonnulli hic subdititium illum Iuliae Alpinulae titulum, Byroniano praeconio ornatum, in ea sibi reperisse visi sunt, teste Orellio.

4. CVR. Orellius hic latere suspicatus est literas

L. P. P, ut significetur *triumvir locis publicis persequendis.*

6. Orellius habet: D. D. SV — H. M. P., et explicat: *dedit de sua pecunia.*

XXIX.

BACVRDO
SACRVM
M. ALBANVS
PATERNVS
OPTIO
V. S. L. M.
II. SIL. CONS.

Bacurdo sacrum. Marcus Albanus Paternus, optio, votum solvit lubens merito, duobus Silanis Consulibus.

Ara olim Coloniae Agripp. in aedibus doct. Helmanni servata, alta pollices XVI, lata X, spissa VII. Ad latus alterum sculptum Cornucopia: in altero legitur: C. G. P. F.

Cf. Broelmanni Epideigm. II. 20. Gruter, Thes. 86. 9. Aldenbrueck, Rel. Ubior. 59. Martin, Relig. d. Gaul. II. 359. Huepsch, Epigrammat. 8. 24. Orelli, Inscript. Lat. I. 349. 1963. Steiner, Cod. Inscr. II. 115. 870.

In alia inscriptione, apud Grut. 74. 1, *Albanus Liber optio* occurrit, quem eundem existimat Reinesius, qui nostro loco memoratur. Rectius vero Gudius illum ad rem monetariam referendum, hunc militem arguere monuit.

4. Ita Gruterus et Aldenbrueck. Minus recte

Steinerus hunc versum cum duobus sequentibus copulavit.

7. II. SIL. CONS. Ita cum Gudio Aldenbrueckius et Steinerus: pro II ex Mercatore Gruterus T. T., quem inepte secutus est Martinus. Nec melius de P. Silio, Consule sub Nerone, suspicatur Reinesius. Dedicata est haec ara Quinto Servilio Silano et Junio Silano Consulibus (A. 189. p. Ch. n.) Nota porro Steineri negligentiam, hunc Duillium Silanum nuncupantis, qui superiori anno cum Q. Allio Fuscano Aerum Consulatum gessit Caeterum idem auctor in opere suo aram dedicatam ad a. 192 p. Ch. refert, in indice vero ad a. 190.

Quid tandem significent literae in arae latere sculptae, incertum est. Alius Coloniae superest lapis, qui easdem tantum habet literulas. Cf. Lersch, Centralmus. I. 61. Fortasse explicandum: *cohors Germanorum pia fidelis.* Cohors I Germ. bis in marmoribus Iaxthusianis memoratur.

XXX.

BACVRDO
SACRVM
T. IVL. FORTVNATVS
PRO SE ET SVIS
V. S. L. M.

Bacurdo sacrum. Titus Iulius Fortunatus pro se et suis votum solvit laetus merito.

Ara, olim Coloniae Agrippinae in aedibus doct. Broich servata. Alta est poll. XIII, spissa V, lata VIII. Minus recte Gruteri notata de superiori marmore ad hanc aram retulit Steinerus.

Cf. Broelmanni Epideigm. II. 19. Gruter, Corp. Inscr. 86. 10. Aldenbrueck, Relig. Ub. 69. Huepsch, Epigr. 23. Broelmann, Epid. fig. 19. Martin. Rélig. d. Gaul. II. 359. Steiner, Cod. Inscr. II. 115. 871.

XXXI.

DEO
BELAT
VCAD
RO AR.
M. M. E. RVF.

Deo Belatucadro aram merito erexit Rufus.

Ara prope urbem Castlesteads in Cumbria reperta.

Cf. Carlisle, Account of some Roman Antiq., in: Archaeol. XI. 63, ubi egregia exhibetur monumenti delineatio.

4. 5. Nonnulli legendum putant: RO. A. R., ut significetur monumentum esse erectum in honorem Belatucadri dei ac reginae Minervae. Recte autem dubitavit doct. Carlisle, an *regina Minerva* cum *deo Belatucadro* rite coniungi queat, cum illius nulla fiat mentio in septem aliis titulis, huic similiter dedicatis. Literam A in fine versus quarti evanuisse haud immerito conieceris.

5. M. E. *Merito erexit.* Scribendi formula rarissime adhibita. Nonnunquam hae literae *merita eius* significant, uti in Petronii monumento apud Orellium, II. 203. 3949, quod prorsus idem est

cum titulo in eiusdem Collectione obvio, II. 23, 103.

XXXII.

BELATV
CADRO
IVL. CI
VILIS
OPT.
V. S. L. M.

Belatucadro Iulius Civilis, optio, votum solvit lubens merito.

Ara Elinburgi in Cumbria reperta, cuius imaginem dedit Camdenus.

Cf. Camden, Britann. 328. Gruter. Thes. 87. 2.

XXXIII.

DEO MARTI
BELATVCADRO
RO. VR. RP.
CAII ORVSII
M.

Deo Marti Betucardo . . . .

Altare prope urbem Netherby (Aesicae) in Anglia repertum.

Cf. Muratori, Thes. 43. 1. Camden, Brittan. 324. Brittannia, transl. by Gibson, II. 179. Saxe, Miscell. II. 192. Orelli, Inscript. Lat. I. 349. 1966.

2. Nonnulli minus recte scribunt BELATUCARDO. Versus 1 et 2, uti 4 et 5, coniuncti sunt

in Orellii editione. Nota porro nominum copulationem MARTI BELATVCADRO. Monius (Gesch. d. Heidenth. im nördl. Europa, II. 489) scribit: *Marti Bel-at-Ucadro*, tresque hic nuncupari dicit numina, Martem, Belenum et Hu fortem. Britti vulgo Belenum et Hu deum coniunctos invocasse putat, quod Romanos induxerit, ut unicum numinis cognomen illis verbis significari crediderint. Carlislius Dei nomen explicat per *Baal Sukadr*, i. e. summa potestate praeditus (Archaeologia, XI. 8) cui suffragatur Creuzerus in Annal. Literar. Viennens. LXXVIII. 29. Aliam de hoc ipso nomine disquisitionem edidit doct. Pegge, in Archaeolog. III. 14, qui seiunxit voces *Bel at u cadr*, quibus *Belum et arcem montis* significasse veteres existimat.

XXXIV.

DEO
SANCTO BELA
TVCADRO
AVRELIVS
DIATOVA ARA E
X VOTO POSVIT
L. L. M. M.

Deo Sancto Beatucadro Aurelius Diatova aram ex voto posuit lubentissime meritissime.

Ara ad vicum Thoresbey in Cumbria reperta, postea Warduliae in aedibus nob. Dykes servata. A Camdeno accepit Gruterus: nec tamen viderat ille, cum inscriptionem pastoris loci curâ acceperit.

Cf. Camden, Britann. 329. Gruter, Thes. 87. 1. Vid. quoque Spon. Miscell. 111. 89.

XXXV.

DEO BELATVCAD
RO LIB. VOTV
M FECIT
IOLVS.

Deo Belatucadro libens votum fecit Iolus.

Titulus repertus in oppido Whellep-Castle in Comitatu Westmoreland. Antiquae urbis ibidem detecta sunt vestigia ac rudera.

Cf. Spon. Ignot. deor. ar. 67. Misc. 110. 89. Camden, Britt. 324. Archaeologia, or miscell. tracts, (Lond. 1814) I. 311. Orelli, Inscr. Lat. I. 349. 1965.

In Sponii opere versus ita sunt dispositi:

DEO BELATVCADRO
LIB. VOTVM FECIT IOLVS.

XXXVI.

BELINO AVG
SACRVM
VOTO SVSCEPTO
PRO A. AQVILLIO
C. F. POMP. VALENTE
IIII V. I. D. DESIG.
PHOEBVS LIB
V. S. L. M.

Belino sacrum. Voto suscepto pro Aulo Aquillio Caii filio Pomponio Valente, quatuorviro iuri dicundo designato Phoebus libertus votum solvit lubens merito.

Ara Viennae Allobrogum in aede D. Petri reperta. Postea eandam in palatio Grimani Venetiis vidit et descripsit Thom. Bartholinus. Ex Pighio et schedis Verderii inscriptionem publici iuris fecit Gruterus.

Cf. Gruter, Thesaur. 36. 13.

1. Belenum (ita Herodianus VIII. 3) Deum vocant indigenae magnaque cum religione colunt, interpretantes Apollinem. Similiter Capitolinus (Maximin. 22) Belenum Deum per aruspices spopondisse, Maximinum esse vincendum. Unde etiam postea Maximini milites iactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse. *Belieni* nomine alicubi hocce indutum esse numen testatur Monius, Gesch. d. Heidenth. im nördl. Eur. II. 345: quod vero frustra quaesivi.

XXXVII.

BELINO
SEX
CAESERNIVS
FAVSTVS
IIIIII VIR.
V. S. L. M.

Belino Sextus Caesernius Faustus, sevir augustalis, votum solvit lubens merito.

Ara Viennae Allobrogum reperta.

Cf. Gruter, Thesaur. 36. 14.

XXXVIII.

APOLLINI
BELENO
AVG. SACR.
C. PETILIVS
VENVSTVS
TRIB.
PRAETORIAN.
V. S.

Apollini Beleno Augusto sacrum. Caius Petilius Venustus, tribunus praetorianus, votum solvit.

Lapis in insula Corgle repertus.

Cf. Pococke et Milles, Inscr. Ant. 126, 3. Bertoli, in Calogera, Nuova raccolta d'opusc. IV. 370. Orelli, Inscr. I. 350. 1968.

5. 6. Coniuncti sunt hi versus apud Orellium.

XXXIX.

APOLLINI
BELENO AVG.
IN HONOREM
C. PETTI C. F. PAL.
PHILTATI EQ P.
PRAEF. AED. POT.
PRAEF. ET PATRON.
COLLEGIORVM
FABR. ET CENT.
DIOCLES LIB.
DONVM DEDIT
L. D. D. D.

Apollini Beleno Augusto. In honorem Caii Pettii Caii filii Palatina tribu Philtati equitis praefecti aedium portarumque praefecti et patroni collegiorum fabrorum et centonariorum Diocles libertus donum dedit, loco dato decurionum decreto.

Ara oblonga Aquileiae reperta, quam ex Pighio et Ursino protulit Gruterus.

Cf. Scaliger, Lect. Auson. 9. Salmas. ad Capitolini Maximin. c. 22. Gruter, Thes. 36. 11.

XL.

APOLLINI
BELENO
C. AQVILEIENS
FELIX
QVOD VILIC
SVMMARVM

Apollini Beleno Caius Aquileiensis Felix, quod vilicus summarum (voverat, votum solvit).

Titulus Aquileiae detectus. E Verderii schedis protulit Gruterus.

Cf. Grut. Thes. 36. 12. Pighius in Hercul. Prodic. Muratori, Nov. Thes. 23. 13. Sched. de Diis Germ. 113. Ph. a Torre, Dissert. de Beleno, 12. Hagenbuch, Epistolae Epigr. 523. C. H. A., in Observ. Miscell. Nov. 1742, IV. 195. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 461.

3. Nonnulli habent AQVILEIENSIS, alii tantum AQUILEIENSI, uti auctor in Miscellaneis Observationibus anonymus.

4. 5. Nec Gruterus nec Schoepflinus hosce binos exhibent versus. Auctor anonymus: QVOD VILLE CVMMARVM. Muratorius: QUOD VILLE CUMMARUM.

XLI.

BELENO
MANSVETIVS
VERVS
LAVR. LAV
ET VIBIANA
IANTVLLA
V. S.

Beleno Mansuetius Verus, Laurus Lavicus et Vibiana Iantulla votum solverat.

Ara marmorea quadrata, Aquileiae detecta. Titulum e Pighio et Verderii schedis communicavit Gruterus.

Cf. Gruter. Thes. 36. 17.

XLII.

BELEN. AVG.
IN MEMOR. IVLIOR.
MARCELLI ET MARCELLAE ET
IN HONOREM IVLIARVM
CHARITES ET
MAARCELLAE FILIAR.
ET LICIN. MACRON.
IVNIOR. NEPOTIS
C. IVLIVS AGATHOPVS
IIIIII VIR AQVIL.
L. D. D. D. D.

Beleno Augusto. In memoriam Iuliorum Marcelli et Marcellae et in honorem Iuliarum Charites et Maarcellae filiarum et Licinii Macronis iunioris nepotis Caius Iulius Agathopus, sevir Aquileiensis lubens dat donat dedicat.

Ara Aquileiae reperta. Venetiis eandem se vidisse affirmat Bartholinus.

Cf. Gruter. Thes. 36. 16. Reines. Synt. 1. 52. 102. Bertoli, Antich. d'Aquil. 89, 58. Orelli, Inscr. Lat. I. 349. 1967.

2. Hunc sequentesque versus aliter disposuit Gruterus, Pighii, Ursini et Ligorii auctoritate. Orellium secutus sum, qui textum e Bertoliano opere depromsit.

3. MARCELLI ET. Desunt haec vocabula apud Lipsium: restituit Ursinus.

10. Forte explicandum: *loco dato decurionum decreto.*

XLIII.

BELINO
AVG. SAC.
L. IVNIVS
SVCCESSVS
V. S. L. M
DOMV ALTINAS.

Beleno augusto sacrum. Lucius Iunius Successus votum solvit lubens merito, domu Altinas.

Lapis Aquileiae repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. II. 1022. 6. Iam antea eundem protulit, I. 24 2, versibus duobus postremis inverso ordine positis.

XLIV.

BELENO
. . CAESARES
. . OCLETIANVS
. . AXIMIANVS
AVGG
. EDICAVERVNT.

Beleno Caesares Diocletianus et Maximianus dedicaverunt.

Lapis Aquileiae repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. IV. 1987. 6.

XLV.

APOLLINI
BELENO AVG
TIB. CLARISTIO
ET CORNELIAE Q. TICILAN.
CONIVX CVM FILIS CLAVD
CONSTANTE FEROCLANO
EVTICHIANAE AERISTIONE
EX VOTO POSVER. SIGNVM
CVPIDINIS L. D. D. D.

Apollini Beleno augusto Tiberius Claudius Aristio et Corneliae Quintae Ticilanae coniux cum filiis Claudio Constante Feroclano et Eutichiano (?) *Aeristione ex voto posuerunt signum cupidinis, loco dato decurionum decreto.*

Lapis Aquileiae repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. I. 24. 1.

XLVI.

C. S. S. S. AEDEM BELINI
PECVNIA REFECERVNT
A. INAVRATA IN FASTIGIO. V
ET SIGNA DVO DEDERE
. . NIO P. L. PRINCIPE
OTTICIO SEX. L. ARGETILLO MAG. VIC.

Consulum suffragio supra scripta. Aedem Belini pecunia refecerunt atque inaurata in fastigio veteri et signa duo dedere — pondo quinquaginta, Principe Otticio Sexto et Lucio Argetillo magistris vici.

Lapis Aquileiae repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. I. 24. 7.

1. Forte explicandum: *Civitatis socii, sumtibus solutis.*

4. P. L. Forte: *Publii liberto.*

XLVII.

APOLLINI
BELENO
AVG
C. VOLVSIVS

Apollini Beleno augusto Caius Volusius.

Titulus Venetiis asservatus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. I. 24. 4.

XLVIII.

BELENO
AVG
P. VIBIVS
ABASCANTVS
IIIIII VIR AQVIL
DONVM DEDIT

Beleno augusto Publius Vibius Abascantus, sevir Aquileiensis, donum dedit.

Titulus Aquileiae repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. I. 24. 3.

XLIX.

FONTI BELENO
C. AQVILEIENSIS DIADVMENVS
B. V. S.
M. HOSTILIVS
AVCTVS
IIIIII VIR
B. S. D.

Fonti Beleno Caius Aquileiensis Diadumenus bene votum solvit, Marcus Hostilius Auctus, sevir beneficiarius subpraefecti, dedicavit.

Ara Aquileiae reperta.

Cf. Grut. 37. 3. Reines, Synt. 1011. Muratori, Nov. Thes, I. 24. 6. Miscell. Observ. Nov. 1742. IV. 196.

3. Quid sibi velit Muratorius, repetitum hic Beleni nomen (*Beleno votum solvit*) censens, haud scio. At primum versum non habet.

L.

BELENO
AVG. SACR.
L. CORNELIVS
L. FIL. VELL.
SECVNDINVS
AQVIL.
EVOC. AVG. N
QVOD IN VRB.
DONVM VOV.
AQVIL.
PERLATVM
LIBENS POSVIT
L. D. D. D.

Beleno augusto sacrum. Lucius Cornelius Lucii filius Vellites Secundinus Aquilciensis evocatus augusto numine quod in urbe donum voverat Aquileiam perlatum lubens posuit, loco dato decurionum decreto.

Ara Aquileiae reperta.

Cf. Gruter, Thes. 36. 15.

LI.

BEDAIO AVG.
ET ACOVNIS
SACR.
C. CATIVS
SECVNDIANVS
II VIR
IMP. ANTONIN.
II ET SACERDOTE
COS.

Bedaio augusto et Acounis sacrum. Caius Catius Secundianus duumvir, Imperatore Antonino (Heliogabalo) altera vice et Sacerdote consulibus.

Lapis prope Iuvaviam (Salzburg) in coenobio Sain (Seon) repertus.

Cf. Aventinus, Mon. Boic. II. 122. Reines. Synt. 174. 148. Iuvavia, Nachrichten v. Zustände, 64. 55. Orelli, Inscript. Lat. I. 349. 1964. Muchar, Gesch. d. Steiermark, I. 176. De Wal, de Moedergodinnen, 81. 108.

2. Reinesius et Muchar legunt ALOVNIS: Orelli ALAVNIS. Ad Gadoli monumentum restitui ACOVNIS. Muchar vir nob. totam inscriptionem quatuor distribuit versibus.

7-9. A. U. C. 972. Licinius Sacerdos hoc anno prima vice consul fuit. Plura tamen monumenta, hunc referentia consulatum, etiam post Sacerdotis nomen literas II scripta habent. Cf. Reines. Inscr. 174, 148. Gruter. Thes. 300. Steiner, Cod. Inscr. Rh. I. 312. Orelli, Inscript. Lat. I. 124, 403. In Inscript. tamen Helvet. 181, vs. ult. legit: . . COS. ubi sequentem adfert titulum:

GENIO . . . VRBIG.
IN HONOREM
DOM. DIVIN.
ARAM CVM SE
GN SVECCON
DEMECENVS
DE SVO POSV
IMP DN ANT
ET SACERDOT
. . COS.

LII.

MINERVAE
BELISAMAE
SACRVM
Q. VALERIVS
MONIM . . .

Minervae Belisamae sacrum Quintus Valerius monimentum (posuit).

Ara St. Bertrandi Convenarum in Novempopulonia reperta. Miror sane Orellii fefellisse sagacitatem, qui ex uno hoc monumento, pro varia editorum lectione, duos finxit titulos.

Cf. Gruter, 1067. 2. Murat. Thes. 53. 13. Donat. Suppl. Mur. I. 163. Seldenus, de Dis Syris, 171. Martin, Rélig. d. Gaul. Münter, Religion der Karthager, ed. I. 31. ed. II. 75. Orelli, Inscr. Lat. I. 290. 1431. I. 350. 1969.

2. Forte cum Martinio legendum: BELISANAE, uti habet Orellius, no. 1969.

4. Pro Q Martinius legit O.

5. Muratorius habet: MONTANVS, quem secutus est Orellius, no. 1969. In altera profert: MONIM. Martinius legit MONTAN. Nonnulli hanc deam Belisanam eandem fuisse putant cum Coelesti Dea Saliensi Carthaginis, de qua vid. Ulpianus, tit. XXII. 6 et auctores a Schultingio allegati. At verior videtur Orellii sententia, qui Belisanam deam existimat Galliae indigenam. Novissime de hocce argumento disquisitionem criticam edidit vir nobilissimus Chaudruc de Crazannes, *sur Bélisana, déesse des Gaulois,* in: Mém. et Dissert. s. l. Antiq. de France, t. XVI. (Par. 1842). 47-58.

Omnia, quae huc usque de hac dea innotuerunt, componere conatus est hic scriptor, eius describit cultum ornatumque, adhibito Caesaris loco, Bell. Gall. VI. 4. Eidem vero calculum adiicere nollem divinitatis nomen a Graecorum vocabulis *βέλος* et *ἄνα* derivanti illudque Gallice vertenti: la reine aux flêches. Fuerunt et alii qui conferrent Bellisamam, fluvium in Anglia, Ptolemaeo haud incognitum, hodie Rebell dictum, altissima secantem Britanniae montium iuga.

4. 5. Hosce versus coniunxit Orellius in altera editione.

LIII.

DEO HERCV
LI. ET. GENIO
LOCI B. ELL
ANCO GIM
ONIS V. S. L. M.

Deo Herculi et genio loci, Bellanco, Gimonis votum solvit lubens merito.

Arula, vix unius pedis altitudinem excedens, prope Regomagum reperta, hodieque in Musco Mannhemiensi servata.

Cf. Lamey, Act. Acad. Palat. VI. 52. Hoepsch, Epigrammatogr. 54. 4. Graff, Antiq. zu Mannh. 17.

Lapidem hic profero ob Graffii sententiam, genium loci, Bellanci nomine insignitum, hoc titulo nuncupari affirmantis. Scilicet uti Taran Teuto-

nice per Taranucnum effertur, ita quoque haud absurdum foret, Beleni nomen alicubi in Belancum esse productum.

Saepius autem Herculem cum genio loci in aris coniungi ex multis titulis cognovimus, sed nusquam genii additur nomen. Nec vero etiam exemplum dari credo tituli, in quo viri, qui aram erigi curaverit, nomen non addatur, patre tantum indicato. Nota porro signum diacriticum post literam B sculptum. Assentimur ergo Lameio, Ellancum Gimonis filium hanc dedicasse arulam existimanti. Litera vero B (ita ille) quae praecedit, cum praenomen Romanum esse non possit, nec apud Teutones, unde Ellanco forte oriundus fuit, praenomina locum ullum habuerint, alium sensum haud facile admittit, quam vulgarem illum *beneficiarii.* Praemissum autem nomini, non postpositum, elogium, licentia epigraphica nimis facile excusavit Lameius, cum ne unum quidem eiusmodi vitii in omni antiquitate exstet exemplum, neque omnino huc faciant tituli, a Hagenbuchio in Epist. Epigr. 160 allegati. Hanc ergo literam *B* equidem potius ad genium referrem. Si quis vero cum Graffio, *Bellancum* genii nomen habere velit, aut idem viro Germano fuisse nomen existimet, conferenda illi omnino antiqua vox *Billunc*, in monumentis Germaniae medii aevi saepius nuncupata. Eine ahd. eigenname (ita Grimm, Deutsche Mythol. I. 347) lautete *Billunc* (Ried No. 14, 21, 23a, 808, 821, 822). Erwägt man, das in der edda ein zwerg *Billingr* (Saem. 3.23) vorkommt, Rol. 175, 1 ein held *Pillunc*, und im Renner 14126, 14647

Billunc und Nîdunc verbunden werden, so gewinnt der name ein bedeutenderes ansehn.

Caeterum notandus Huepschii error, vs. 3 et 4 scribentis:

LOCI. BELLI
ANCO. GIMI.

LIV.

DEO BE
MILVCIO
VI

Deo Bemiluc - - Iovi.

Inscriptio in statuae fragmento, in vico Burgundionensi Ampilli, Abbatia de Flavigny, reperta: quam Parisiis inventam esse minus recte affirmat Orellius.

Cf. Montfaucon, Antiq. expliq. II. 427. Muratori, Thes. 53. 13. Donat. Suppl. I. 163. Martin, Rélig. de Gaul. I. 300. Orelli, Inscr. Lat. I. 350. 1970. Mone, Gesch. d. Heidenthums i. nördl. Europa, II. 418.

LV.

SEX NIGIDIVS
FAB. PRIMVS
AEDIL. BRIX. DECVR.
HONORE GRAT. DD.
EX POSTVLATION. PLEB.
ARAM BERGIMO RESTITVIT

Sextus Nigidius Fabius Primus Aedilium Brixianorum decurio, honore gratiae deorum ex postulatione plebis aram Bergimo restituit.

Titulus in finibus Brixianorum detectus.

Cf. Maffei, Mus. Veron. 109. 1. Orelli, Inscr. Lat. I. 350. 1971.

6. Bergimum Cenomanorum Gallorum deum existimat Orellius, a quo Bergomum nomen habere dicitur.

LVI.

L. VIBIVS VISCI L. NYMPHODOTVS
BERGIMO VOTVM
C. ASINIO GALLO C. MARCIO CENSOR.
COS.
L. SALVIO APRO
C. POSTVMIO COSTA
II VIRIS QVINQVENNALIBVS.

Lucius Vibius Visci libertus Nymphodotus Bergimo votum fecit, Caio Asinio Gallo et C. Marcio Consorio consulibus, Lucio Salvio Apro et Caio Postumio Costa duumviris quinquennalibus.

Brixiae detecta, indeque Veronam translata.

Cf. Maffei, Mus. Veron. 109. 1. Murat. Thes. 297. 4. Donat. Suppl. Mur. 157. 1. Orelli, Inscr. Lat. I. 350. 1972.

1. Apud Muratorium legimus:

L. VIBIVS VISCI LIB
ARIODOTVS.

VISCI L. Galeardus legit VISCILIN. In Act. Sanct. a. d. XX Maii legimus: VISGIL.

3. In Muratorii opere hic versus in duos secretus est.

5. 6. Coniuncti ap. Maffeium.

6. Apud Muratorium tantum C POST. Galeardus:

C. RO .... COSTI.

Acta:

C. POSTVMATIS COSTA.

7. II VIRIS. Muratori: VII VIRIS.

LVII

DEAE BIBRACTI
P. CAPRIL. PACATVS
IIIIII VIR AVGVSTA
V. S. L. M.

Deae Bibracti Publius Caprilis Pacatus, sevir Augustalis, votum solvit lubens merito.

Inscriptio laminis aeneae argentatae, secundum nonnullos Augustoduni, ad Montefalconii vero fidem Luxemburgensi in agro repertae.

Vgl. Montfaucon, Antiq. expl. II. 436. Muratori, Thes. 107. 10. Baudelot, Utilité des Voyages, I. 248. Hagenbuch, Epist. epigraph. 70, 123, 127, 234. Martin, Rélig. d. Gaulois, II. 201. Tassin, Nouveau Traité de diplomatique, II. 598. Moreau de Mautour, Observat. s. une inscr. ant. concern. la ville de Bibracte, in, Desmolets, Mém. de Litt. et d'Histoire, IV. 296. Saxii Miscell. II. 278.

3. Pro AVGVSTA antiquiores habent AVGVSTAL.

LVIII.

DEAE BIBRACTI.

Inscriptio in marmoribus duobus Antissioduri repertis, perquam mutilatis.

Cf. Millin, Voyage, I. 337. (5).

LIX.

BOCCO
HAROVSON
MVALEIVS
IVSCINVS
V. S. L. M.

Bocco Harousono Marcus Valerius Iuscinus votum solvit lubens merito.

Ara Convenis (St. Bertrand) reperta.

Cf. Gruter, Thes. 131. 2. Martin, Rél. d. Gaul. II. 358.

4. Forte FVSCINVS.

LX.

C. IVLIVS. EPOREDIRIGIS. F. MAGNVS
PRO. L. IVLIO. CALENO. FILIO
BORMONIEE DAMONAE
VOT. SOL.

Caius Iulius Eporedirigis filius Magnus pro Lucio Iulio Caleno filio Bormoniae e(t) Damonae votum solvit.

Ara a. 1792 in fundamentis castelli Bourbon-Lancy repertum.

Cf. Millin, Mon. antiq. inéd. I. 146. Orelli, Inscr. Lat. I. 350. 1974.

1. Melius forte EPOREDORIGIS. Ex Caesare iam cognovimus Eporedorigem, Bell. Gall. VII. 12. Cf. Saxe, Misc. II. 277. Millinus tamen, qui per doct. Boigelou inscriptionis imaginem accepit, Caesaris textum ad tituli normam corrigi iubet.

4. Pro SOL SOI habet Millinus: reliqua extrita.

1. Balduinus postrema duo vocabula *filium natu maiorem* significare existimet: quod quantopere cum linguae latinae rationibus pugnet, non est quod fuse exponam.

LXI.

BORVONI. TH.
MONAE C. LA
TINIVS RO
MANVS IN
G. PRO SALV
TE COCILIAE
FIL. C. EX VOTO.

Borvoni (et) Th(a)monae Caius Latinius Romanus in Gallia pro salute Ociliae filiae carissimae ex voto.

Titulus in oppido Bourbonne-les-Bains repertus.

Cf. Gudii Synt. 64. 8. Gruter. Thes. 110. 4. Reines. Synt. 176. 149. Bouhier in Hagenbuchii Epistol. Epigr. 39. 454. Iuy, Traité d. eaux de Bourbon. Auber, les bains de Bourbon-Lancy. Dunod, la Découv. d. l. ville d'Antre, I. 203. L'Empereur, Dissert. 30. Muratori, Thes. 107. 8. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 14. Millin. Mon. antiq. inéd. I. 149.

Fere omnes editores varia ratione hanc proferunt inscriptionem. In vs. 1 nonnulli TH, alii DA, alii TO; in altero hi C. IA, illi C. IAT; in tertio hi TINVS alii TINIVS legunt. Montefalconius denique vs. 5 pro G habet C.

6. Gruterus et Millinus: COCILAIE.

LXII.

BORVONIAE. ET. DAMONAE
T. SEVERIVS MODESTVS.
OMNIBVS HONORIBVS ET OFFICIIS.

Lapis marmoreus a. 1774 in oppido Saint-Nazaire repertus.

Cf. Courtépée, Déscript. hist. et topogr. du duché de Bourgogne, IV. 381. Millin, Monum. antiq. inéd. I. 150.

4. Periit quartus versus, quem restituit vener. Courtépée: APVD AEDVOS FVNCTVS.

LXIII.

DEO
MARTI
BRACIACAE
OSITTIVS
CAECILIAN
PRAEFECT. TRO . . .
V. S.

Deo Marti (et) Braciacae Osittius Caecilianus, praefectus Tro . . . votum solvit.

Ara Hoddenhusae in comitatu Derbyshire reperta, et a Camdeno descripta.

Cf. Orelli, Inscr. Lat. I. 280. 1357.

LXIV.

AVG. MARTI. BRITO
VIO. SALVIVS
SECVNDINI. FIL
EX VOTO

Augusto Marti Britovio Salvius Secundini filius ex voto.

Titulus Nemausi repertus. Ex Scaligeri schedis inscriptionem communicavit Gruterus.

Cf. Gruter. Thes. 57. 10. Cf. Martin, R. d. G. I. 501.

LXV.

AVG SACRVM DEO
BRIXANTV
PROPITIV

Augusto sacrum deo Brixantum Propitius.

Inscriptio in clavi aerea, reperta prope vicum Moulins-Engelbert.

Cf. Mém. de l'Acad. des Inscr. XXXI. 301. Orelli, Inscr. Lat. I. 350. 1975.

LXVI.

BVGIO
M. MONIANIVS MAGNVS
V. S. R. M.

Bugio Marcus Monianius Magnus votum solvit lubens merito.

Lapis repertus in veteris castelli ruinis in pago Tarquinpole.

Cf. de la Sauvagère, Recueil d'Antiquités dans les Gaules, 204.

3. Litera R lapidarii negligentia pro L sculpta. Certo certius in inscriptione ita legitur.

LXVII.

DEAE
BVRORI
NE QVO
VOTUM
ECIT I. RI
VS PRO S
ET SVIS.

Deae Burorinae, quod votum fecit Iulius Primus pro se et suis posuit.

Ara, Domburgi reperta, hodieque Musei Societatis Zelandicae, quae Medioburgi sedem habet, ornamentum.

Cf. Cannegieter, de Dea Burorina. T. a. R. 1764. 39. Speeleveldt, Briev. ov. h. eil. Walcheren, 114, Van Cruysselbergen, Verh. van het Zeeuwsch Genootschap, II. 47. (Te Water) Nieuwe Verhand. v. h. Zeeuwsch Genootschap, I. 255. Ab Utrecht Dresselhuis, de Godsdienstleer der Aloude Zeelanders, 109. Janssen, de Romeinsche Beelden en Gedenksteenen van Zeeland, 86, et tab. XVIII.

2. Forte supplendum: EBVRORI, uti hanc aram dicatam putemus deae cuidam Eburonum tutelari, cuius saepius apud Caesarem fit mentio. Alii Burorinam Buriorum habent sospitatricem. Cf. Tac. Germ. 43. Vid. Janssen, l. l. 87, 88. Nomen denique cum oppido Britannorum Burio cohaerere existimavit Te Water, h l. 270.

3. Cannegieterus habet: NA QVOD, Te Water NAE QVOD.

4. Apud Speeleveldtium legimus VOTIM.

5. Apud Canneg. et Te Water: ESIT MAL. Formulam QUOD VOTVM FECIT POSVIT equidem absurdam existimo. Displicuit quoque vehementer Janssenio meo, qui artificis imperitiae nimium tribue-

re mihi videtur. Ecce ipsius verba. Eigenaardig (ita ille) is de uitdrukking QVOD VOTVM FECIT POSVIT. Dat hier toch QVOD en niet QVOI, gelijk wel eens gegist is, moet gelezen worden, lijdt mijns inziens geen twijfel. Daar echter de vorm der letters van de onhandigheid des steenhouwers getuigt, zou ik vermoeden, dat hij in de woordvoeging eene fout begaan, en in plaats van VOTVM QVOD enz. QVOD VOTVM gebeiteld had. Want dat QVOD hier als coniunctio, in de beteekenis van *omdat*, zou moeten opgevat worden, komt mij te bedenkelijk voor; zulk een gezwollen stijl is bij een zoo prosaisch opschrift niet te veronderstellen: ook ken ik daarvan geene andere voorbeelden. Intusschen is de uitdrukking QVOD VOTVM POSVIT ook zonderling en schijnbaar gerekt, caet. Quidquid autem sculptori condonemus, pessime adeo illum excoluisse artem, vix equidem arbitror. At nullum prorsus in fine versus tertii literae D vestigium. Itaque hanc nostram peritioribus offerre nobis liceat explicandi tituli rationem: DEAE BVRORINE Q(uod) V(otum) O(btulit) VOTVM FECIT J(ulius) PRIMVS PRO SE ET SVIS, P(ie) seu P(ublice). Eadem plane ratione formulam V. L. P. neutiquam cum Orellio et Iansseno explicandum duco: *votum lubens posuit*, sed significare *votum lubens perfecit* mihi persuasum est.

6. VS PROS. Ita Cannegieterus et Te Water.

7. E SVISQVE. Ita apud eosdem, ex vitiosa aliorum lectione.

LXVIII.

EX IMPERIO
TATTIVS QVARTVS
CAILARO V S L M

Ex imperio Titus Attius Quartus Cailaro votum solvit lubens merito.

Inscriptio in quadrato lapide, Arelati reperto, quam a. 1733 descripsit Bimardus: imaginem dedit Millinus.

Cf. Bimard, Proleg. in Murat. 63. Dumont, Antiq. d'Arles, 5. tab. XV. 2. Millin, Voyage au midi d. l. France, III. 568. Orelli, Inscript. Lat. I. 350. 1976.

3. Vocabulum Cailarum e vocibus Celticis *gail* (pinguis) et *ar*, *ard* (terra) compositum putat Bimardus, ita ut Cailarus habendus sit locorum pascuorum deus. Addit Millinus in variis Franciae regionibus esse agros, qui hodie adhuc nomine *le Cailard* dignoscuntur.

LXIX.

CALVAE DEAE
AEDEM OMNI SVA IMPENSA
DONAVIT
MVICTORIVS POLLENTIN ET OB
PERPETVAM TVTELAM EIVSD AEDIS
DEDIT IIS N C
DEDICATVM III NON OCT
GLABRIONE ET TORQVATO COS
V S L M

Calvae deae aedem (ac) omni (a) sua impensa donavit Marcus Victorius Pollentinus, et ob perpetuam tutelam eiusdem aedis dedit sestertios numero centum. Dedicatum ante diem tertium nonas Octobres Glabrione et Torquato consulibus. Votum solvit lubens merito.

Ara a. 1833 ad vicum Pelm prope Gerolstein reperta.

Cf. Druckenmueller in Treviris, 1834, 8. 25. Rhein. Prov. Blaett. 1833. V. 266. VI. 81. Lersch, Centralm. III. 8. Steiniger, Geschichte der Trevirer unter d. Herrschap der Römer. Trier 1845. 92.

Diversae de huius deae origine proferuntur eruditorum sententiae. Lerschius illam Romanam esse putat, Venerem scilicet Calvam, de qua vid. Hartung, Relig. d. Römer, II. 251. Calvae Veneris adorationem describunt tum Lactantius, cum Servius. Colunt (ita ille) thure ac summis digitis, quae sensibus intimis horrere deberent, qui error omnis ex illius principalis ac summi boni ignoratione descendit. Urbe a Gallis occupata, obsessi in capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, aedem Veneri Calvae consecrarunt. Plura de eadem exhibet Servius. Est et Venus Calva (ita hic) ob hanc causam, quod cum Galli capitolium obsiderent, et deëssent funes Romanis ad tormenta facienda, prima Domitia crinem suum, post caeterae matronae imitatae eam, exsecuerunt: unde facta tormenta: et post bellum statua Veneri hoc nomine conlocata est: licet alii Calvam Venerem, quasi puram tradant; alii Calvam, quod corda amantum calviat, id est fallat atque eludat. Quidam dicunt porrigine olim capillos cecidisse foeminis et Ancum Regem suae uxori

statuam salvam posuisse, quod constitit piaculo: nam mox omnibus foeminis capilli renati sunt: unde institutum, ut Calva Venus coleretur. Cf. et Veget. IV. 9. Magis tamen placet Fiedleri sententia (Jahn, Jahrb. f. Philol. u. Paedag. 1833, XXXVIII. 294), Calvae nostrae Germanicam vindicantis originem: Romanum enim Pollentinum, in Germaniae oris hospitantem, Veneris nomen, si hanc spectasset, non adiecturum fuisse, vix credendum: deaeque titulum saepissime addiderunt veteres iis nominibus, quibus indigenas significarunt divinitates foemineas.

8. Itaque hanc aedem dedicatam esse constat, die 5 Octobr. a. 124 n. a., Caio Bellicio Torquato et Manio Acilio Glabrione consulibus, quorum consulum meminit et inscriptio ap. Gruterum, 337.

LXX.

DEO MERCVRIO CAM
BO IVSTI V. S. L. L. M.

Deo Mercurio Cambo Iusti votum solverunt laeti lubentes merito.

Fragmentum arae, Mercurii imagine ornatae, Impflingiae repertum, hodie in Mannhemiensi Museo Antiquario servatum.

Cf. Act. Acad. Palat. II. 13. Graeff, Antiq. I. 7. 9. Steiner, Cod. Inscr. I. 107. 181.

2. IVSTI. Forte fratres Iusti hoc dedicarunt monumentum. Iustorum nomina in titulis ad Rhenum effossis saepius occurrunt. Cf. Lersch, Centralmus. I. 16. 11. II. 42. 36.

LXXI.

FORTI
DEO CAMVLO
T. SABINVS ARRI
VS SABINA FLORA
V. S. F. C.
T. V. V. I.

Forti deo Camulo sacrum. Titus Sabinus Arrius (et) Sabina Flora votum solventes fieri curarunt, titulo uti voverant inscripto.

Lapis Nomenti repertus.

Cf. Reines. Inscr. Synt. 237. 271.

LXXII.

IN H. D. D.
MAVORTIO CAMVLO
DEO SANCTISS.
PRO SAL. IMP. CAESARIS
M. AVREL. COMMOD. AVG.
C. VALERIVS C. F. PAL.
CRISPINVS PRAEF. COH.
EX PROVINCIA
MAVR. D. S. P. D. D.

In honorem domus divinae. Mavortio Camulo, deo sanctissimo, pro salute imperatoris Caesaris Marci Aurelii Commodi Augusti Caius Valerius Caii filius, palatina tribu, Crispinus praefectus cohortis ex provincia Mauritania de suo proprio dat dedicat.

Ara Romae reperta.

Cf. Donati, Suppl. Mur. I. 25. 3. Orelli, Inscr. Lat. I. 351. 1978. Lersch, Centralmus. III. 109.

4. Vocabulum CAESARIS deëst apud Lerschium.

LXXIII.

CAMVLO SANC
FORTISS
SAC
TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR.
TERTIVS
MIL. COH. $\overline{\text{VII}}$ PR. > VERI
L. D. D. D.

Camulo sancto fortissimo sacrum. Titus Claudius Titi filius, quirina tribu, Tertius, miles cohortis septimae primigeniae, centurio Veri, loco dato decurionum decreto.

Inscriptio in basi Quintiliani in Sabinis reperta.

Cf. Smetii, Inscr. Antiq. 25. 14.

LXXIV.

CAMVLO INVICTO
CAMVLI.

Camulo invicto Camuli.

Inscriptio in nummo argenteo.

Cf. Cluver. Ant. Ital. I. 15. 104. Reines. Synt. 177. 150.

LXXV.

MARTI CAMVLO
SACRVM PRO
SALVTE TIBERII
CLAVDII CAESARIS
AVG. GERMANICI IMP.
. IVES REMI . QVI
. EMPLVM CONSTITV
ERVNT
O. C. S.

Marti Camulo sacrum, pro salute Tiberii Claudii Caesaris Augusti Germanici Imperatoris cives Remi, qui templum constituerunt ob cives servatos.

Lapis, olim in muro Ecclesiae vici Rhynern obvius, A. 1793 Clivos translatus est, iamque hodie, ni fallor, Musei Bonnensis ornamentum.

Cf. Gruter, Thes. 56. 12. Morcelli, Op. Epigr. I. 23. Martin, Rélig. d. Gaul. I. 478. Nachrichten, 65. Amusements des eaux de Clève, 166. Vermaeckelijkh. d. Wat. te Kleef, 139. Huepsch, Epigrammat. 28. 11. Fiedler, Denkm, 235. In de Betouw, de Ar. et lapid. 38. Dorow, Denkm. I. 99. Fiedler, in Neue Mittheil. d. Thür. Sächs. Vereins, I. 3. 15. Orelli, Inscr. Lat. I. 350. 1977. Steiner, Cod. Inscr. II. 5. 590. Lersch, Centralmus. III. 108. 379.

1. Nonnulli Camulum deum Sabinum vocarunt: rectius illum Gallicum deum bellatorem diceres. A Romanis ob numinis naturam Marti est aequiparatum. Cf. Düntzer, in J. d. V. v. Alt. im Rh. I. 91.

2. 3. Gruterus habet OB SALVTEM.

5. Hic versus deëst in Gruteriano Thesauro. Huepschius habet GERMANIC.

6. Plerique editores, inter quos Martinius et Orellius, singulos versus male distribuerunt. Fiedlerum secutus sum *αὐτόπτην*.

7. Pro CONSTITV Huepschius legit ONSTITV.

9. Haec in adversa monumenti parte leguntur, et a nonnullis praetermissa sunt editoribus.

LXXVI

IN H. D. D.
DEO. CAPRION
L. TEDDIATIVS
PRIMVS

In honorem domus divinae. Deo Caprioni
Lucius Teddiatius Primus.

Lapis a. 1841 prope pagum Mühlenbach, haud procul a vico Salm, repertus inter domus Romanae rudera.

Cf. Chassot von Florencourt, Beiträge zur Kunde alter Götterverehrung, 53—58.

3. Litterae D. D. transversa notata sunt lineola, quod Celticam originem arguere videtur.

LXXVII.

IN H. D. D.
IN D. D.
DIS CAS
IBVS
CASTVS
TALLVPPE
V. S. L. L. M.

In honorem domus divinae. - - Diis Casibus Castus Talluppeus votum solvit laetus libens merito.

Ara a. 1822 ad vicum Neustadt an der Haardt reperta.

Cf. Koenig, Denkmäler des bayer. Rheinkreises, 135. Steiner, Cod. Inscr. Rheni. I. 108. 184. Knapp, Deae Mairae zu Mimling-Crumbach u. Dii Casses, in Arch. f. Hess. Gesch. u. Alterth. II. 3. 544.

2. Hunc versum Steinerus (nescio qua ratione) explicat per: *Iovi optimo maximo.* Melius certe Knappius: *In* (*honorem*) *Deorum* (*et*) *Dearum.* Neutrum tamen mihi placet. Potius existimarem sculptorem negligentia repetiisse eadem, quae iam vs. 1 expresserat.

3. 4. Germanicas hic nuncupari divinitates haud absurdum videtur: nec quidquam iis vinculum intercedere puto cum Iove Casio, cuius monumenta reperta sunt Corugrae et Hedernhemiae, Cf. Muratori, Thes. I. 8. 11. I. 9. 1. Lehne, Gesamm. Schr. I. 125. De hoc vid. Strabo, Geogr. XVI. 2. 760.

LXXVIII.

DISSCASIBV . . .
MATVINVS
V. S. L. M.

Diis Cassibus Matuinus votum solvit lubens merito.

Ara a. 1823 prope vicum Landstuhl reperta.

Cf. Koenig, Denkmäler d. bayer. Rheinkr. 135. Knapp, Archiv. II. 545.

LXXIX.

CASSIBV.
VOTA FEC.
EMACEIV.
FAVSTINV.
M . . . . .
PR . . . . . .

Cassibus vota fecit Emaceius Faustinus m. — pr. —

Lapis a. 1841 prope oppidum Oberklingen repertus.

Cf. Knapp. Archiv. II. 540 seq.

3. Legendum forte F. MACEIVS. Lucium Maceium Secundinum cognovimus ex Grutero, 945. 9.
5. 6. Forte supplendum: *miles legionis vicesimae secundae primigeniae piae fidelis.*

LXXX.

I. O. M.
ET MARTI CA
TVRIGI. GEN
IO LOCI C.
IVL. QVIETVS BF. COS.
V. S. LL. M.

Iovi Optimo Maximo et Marti Caturigi (et) genio loci Caius Iulius Quietus, beneficiarius consulis, votum solvit lubens laetus merito.

Inscriptio a Lingenio in vico Beckingen reperta, quam tamen Gerckenus se in urbe Heilbronn vidisse affirmat.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 12, 13. Von Lingen, Kleine Schriften, III. 56. Gercken, Reisen, I, 43. Orelli, Inscr. Lat. I. 351. 1980.

2. Caturigum urbs, nunc Chorges dicta, in Gallia Narbonnensi versus Druentiam fluvium reperitur. Ad hanc nostrum refert monumentum Jo. Ge. Eckart, in Ephem. Lips. Supplem. IX. 346.

5. BF. Muratorius legit B.

LXXXI.

DEO
GAVTO
PAT.

Deo Gauto pat(er patrum).

Ara Gemonae reperta.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 1986. 9. Maffei, Mus. Veron. 378. 8. Orelli, Inscr. Lat. I. 357. 2041.

LXXXII.

CAVTO PATE
C. MVNATIVS
QVIR. TIRO II VIR
I. D. ET C. MVN
ATIVS FRONTO
FILIVS D. D.

Cauto pater Caius Munatius Quirina (tribu) Tiro, duumvir iuri dicundo et Caius Munatius Fronto filius dant dedicant.

Ara Gemonae reperta, hodie in Museo Brixiano servata.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 1986. 11. Maffei, Mus. Veror. 378. 8. Orelli, Inscr. Lat. I. 357. 2041.

Hunc titulum eundem esse putavit Orellius cum superiori: e Muratorio autem utrumque cognovimus. Nostri apographen Labusius, vir celeberrimus, cum Orellio communicavit. Questo Dio (ita ille, ap. Orellium, II. 447) Cauto Pate mi ha fatto impazzare; ne trovo memoria in Aquilia, in Roma ed altrove; appartiene alla classe degli Dei sotterranei; ma non so dirne di più. At cf. inscr. ap. Grut. Thes. 89. 4:

DEO CAVTE
FLAVIVS ANTISTIANVS
V. E. DE DECEM PRIMIS
PATER PATRVM.

Deo Cauto Flavius Antistianus vir egregius, de decem primis, pater patrum.

Ad huius tituli normam in superiori etiam legendum puto PATE, pro PATI, uti habent Maffeius et Labus. Cf. porro Reines. Syntagm. 178, et Smetii Inscript. Antiq. 151. 8.

LXXXIII.

DEO
CEAIIO AVG
M.RTI ET MS
ERVCACIO PRO
SE ET SVIS V. S.
L. L. M.

Deo Ceaiio augusto, Marti et Matribus Erucacio pro se et suis votum solvit lubens laetus merito.

Ara in oppido Wardul in Cumbria reperta.

Cf. Banier, des Déesses Mères, in Mémoires de l'Acad. d. Inscr. VII. 44. Cambden, Brittann. 329. ed. Gibson. II. 174. Orelli, Inscr. Lat. I. 151. 1981. 2177. De Wal, de Moedergodinnen, 20. 27.

1. 2. Hi versus non occurrunt in Banierii editione.

2. AVG. Ita emendavi ex Orellii coniectura: legebatur autem AVR.

3. Literas MS. matres deas significare, haud immerito conieceris.

6. Apud Orellium legimus tantum L. M.

LXXXIV.

CELEIAE. AVG.
P. AELIVS. COS.
PRO. SE. ET. SVIS.
V. S. L. M.

Celeiae augustae Publius Aelius consul pro se et suis votum solvit lubens merito.

Ara in urbe Celeia (Cilly) reperta.

Cf. Kindermann, III, 269. Muchar, Geschichte d. Steiermark, (Graetz. 1844) I. 354.

1. Alia huius inscriptionis apographa illam longe ampliorem exhibent. Exordium profertur:

CELEIANVS AVG.

Nota porro numen topicum. Nollem tamen hanc deam unam eandemque existimare cum alio numine ibidem in ara nuncupato:

GENIO
CIVITATIS
ORDO
CELEIENS.

Cf. Linhart, I. 263. 1.

LXXXV.

. . . .
. . . . . ET
BALBINO COS.
CELEIAE
P. AELIVS
VERANVS B. F.
PROC. PRO
SE ET SVIS
V. S. L. M.

Lucio Aelio Vero Caesare II et Balbino consulibus, Celeiae Publius Aelius Veranus, beneficiarius proconsulis, pro se et suis, votum solvit lubens merito.

Monumentum Celeiae repertum.

Cf. Gruter. Thes. 180. 4. Kindermann, III. 269. Muchar, Gesch. d. Steiermark, I. 369.

Nonnulli huncce titulum eundem cum superiori existimant. Dicatum esse arbitror a. U. C. 890, et consulem hic respici Publium Coelium Balbinum Vibullium Pium. Eundem consulatum referunt inscriptiones apud Gruterum, 23. 12. 449. 10. Alius fuit Balbinus, qui a. 966 cum Marco Aurelio Antonino Caracalla consulatum gessit, in Gruteriano thesauro saepius nuncupatum.

LXXXVI.

D. VES[V]CCIVS
CELER
CENTONDI
V. S.

Didius Vesuccius Celer Centondio votum solvit.

Monumentum, muro cuidam in oppido Galliae Meridionalis Saint-Pons, impositum. Plura ibidem occurrunt religionis avitae vestigia, inter quae ara a Vipo quodam, Scaevi filio, Mercurio dicata.

Cf. Millin, Voyage dans les Dép. du midi de la France, II. 557.

3. CENTONDI. Centondii nomen nequaquam alibi quaesivit Millinus, qui illum Deum topicum habet.

LXXXVII.

IOVI O. M.
CINGIDVO
STABVLO ET
AVLVS.

Iovi Optimo Maximo Cingi duo, Stabulo et Aulus.

Ara prope Genevam reperta.

Cf. Spon, Ignot. deor. ar. 9. Miscell. erud. Antiq. 72. Hist. de Genève. II. 307. Nec. Bon, Epist. ad Spon, in Ignot. Deor. ar. 73. Orelli, Inscript. Helvet. I. 38. 79.

Nostrum argumentum non spectat haec ara. Iovi illam dicarunt fratres Cingi. Alios tamen de numine topico Iove Cingiduo cogitasse notum est.

LXXXVIII.

DEO CIS
ONIO EX
VOTO PO
SVT PAT
ERNVS O

Deo Cisonio ex voto posuit Paternus Optatus.

Lapis a 1824 ad montem Hohcburg repertus, hodieque in Museo Spirensi servatus.

Cf, König, Denkmäler d. baier. Rhkr. I. 108. Morgenblatt (Kunstblatt) 1826. no. 88. Orelli, Inscr. Lat. I. 351. 1979. Steiner, Cod. Inscr. I. 111. 189.

1. 2. Steinerus habet: CISCNIO. Quod si Orellius hunc titulum respiciat, de deo CESONIO verba faciens, nec refragetur tituli *αυτόψια*, equidem CISONIO restituere haud inepte coniecerim. Forte huic Deo non absimilem esse Zisam seu Cisam deam aliunde cognitam suspicatur Lerschius. Cf. Grimm, D. Myth. I. 333. Minus tamen recte idem Lerschius lapidem Spirensem ex Orellio cognitum, ab isto monumento apud Steinerum obvio diversum habere videtur. Sin vero lectio *Gesonia* apud Florum (IV. 12. 26) recte defendatur, nexus forte huic loco intercedit cum nostro Cesonio. At vide eundem Lerschium et Osannum, in Annal. Societ. Antiq. Bonn. I. 21. III. 1.

4. POSVT. Sculptoris error pro POSVIT.

5. O. Quid haec significet litera, incertum est. Steinerus illam explicare neglexit.

LXXXIX.

MERCVRIO
CISSONIO
ARAM
VTTEVI ....
.... ICTO ...
....

Mercurio Cissonio aram (pro sal)utte Vi - - - - (V)ictor - - - (dedit, diçavit).

Ara a. 1841 prope oppidum Wiesbaden defossa.

Cf. Lersch, in Jahrb. d. Vereins v. Alterth. im Rh. I. 80.

3. Cissonium non cognomen Mercurii habeo, sed nomen Dei Germanorum, qui, cum forte commercii existimaretur patronus, a Romanis Mercurio est aequiparatus. Cf. Düntzer, in Jahrb. d. Vereins v. Alt. im Rh. I. 91. Add. Caesar, B. G. VI. 17. et Mém. d. l. Société des Antiq. de France, IV. 61.

XC.

DEO MERCVRIO CISSO
NIO DVBERATIA CASTVLA
NATIONE SYRIA TEMPLVM
ET PORTICVS VETVSTATE
CONLABSVM DENVO DE SVO
RESTITVIT.

Deo Mercurio Cissonio Duberatia Castula, natione Syria, templum et porticus vetustate conlabsum denuo de suo restituit.

Inscriptio, anno 1679 Vesontione reperta.

Cf. Martin, Rélig. d. Gaul. I. 350. Spon, Miscell. erud. Antiq. 92. Baudelot, Utilité d. voyag. I addit. Dunod, Hist. d. Séquanois. I. 204. Muratori, Nov. Thes. 144. 3. Sax. Miscell. III. 34. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 459. Orelli, Inscr. Lat. I. 286. 1406. Vid. Lersch, Centralmus. I. 8, 9.

1. Pro CISSONIO Dunodius habet OGTONIO.

8. Nonnulli legunt: DUBTERATIA, alii DUBITATIA.

5. Lerschius habet: COLLABSVM, ex Martino: alii CONLABSVM.

XCI.

MERCVRIO
CESSONIO
LAR . . . VS
SE . . IS
V. S. L. M.

Mercurio Cessonio Lar . . . us - - - votum solvit lubens merito.

Titulus Coloniae repertus.

Cf. Lersch, Centralmus. I. 9. 8.

XCII.

DEO CESONIO.

Inscriptio in lapide, prope oppidum Rheinzabern paucis abhinc annis reperto.

Cf. Schweighaeuser, in Éphemeridibus ab Instituto Regio Gallico editis: l'Institut. (Sect. Archéol.) 1839. 9.

XCIII.

SANCTO CO
CIDEO T AVRVNC
FELICISSI
MVS TRIBVN
EX EVOCATO V. S. L. M.

Sancto Cocideo Titus Auruncus, felicissimus tribunus ex evocato, votum solvit lubens merito.

Ara ad oppidum Bewcastle in Cumbria reperta.

Cf. Carlisle, Account of Roman Antiquities, in Archaeologia or misc. tracts, XI. 70. Orelli, Inscr. Lat. I. 351. 1983.

1. Tertia haecce ara Cocideo dicata, et in Cumbria detecta. Carlislius illum topicum habet numen, quae opinio forte non satis firmis nititur argumentis.

5. Auruncus olim *evocatus* fuerat, nunc vero ad tribunitiam potestatem evectus. Cf. Ammian. Marcell. XXI. 6. XXII. 3.

XCIV.

FLAVIA CVBA FIRMANI FILIA
COSOSO DEO MARTI SVO HOC
SIGNVM DICAVIT AVGVSTO.

Flavia Cuba Firmani filia Cososo deo, Marti suo, hoc signum dicavit augusto.

Titulus Biturigibus repertus. Inscriptio Martis signo in basi est supposita.

Cf. Reinesii Syntagn. 121. 84. Steph. Claverius, Comment. in Persii Sat. II. 114. Orelli, Inscript. Lat. I. 351. 1984.

1. *Cuba.* Cuias fuerit Flavia illa, nomen hocce indicat. Similiter alius titulus apud Orellium, Inscr. Lat. I. 99. 190, haec habet:

M VEREC. DIOGENES
IIIIII VIR COL. EBOR. ITEMQ.
MORT. CIVES BITVRIX CVBVS
HAEC SIBI VIVVS FECIT.

Vid. et Cellar. Geogr. Ant. I. 193. Mannert, Geogr. d. Gr. u. R. II. 115.

Quid Cososo tribuendum ignoramus. Cososus (ait Reinesius) ἐπιχώριον et locale numen, simile Camulo, Togotio, Endovellico, Nemauso, Pedaio, proprium Biturigum Cuborum, quorum metropolis Avaricum, populorum Aquitaniae primae.

XCV.

DVICI BRIG.
ET NVM AVGG.
FL. AVR. AVRELIAN
VS D. D. PRO SE
ET SVIS M. A. G. S.
ANTONINO
III ET GETA COS.

Duici Brigantum (*deo*) *et numinibus augustis Flavius Aurelius Aurelianus dat dedicat pro se et suis*, (votum) *memor animo grato solvit, Antonino tertia vice et Geta consulibus.*

Ara Bradleiae in Comitatu Eboracensi reperta.

Cf. Gruter, Thes. 1017. 3. Cambden, Brit. 294. Orelli, Inscript. Lat. I. 352. 1989.

1. Dvi ci brig. Ita vocabula seiunxit Cambdenus, et interpretatus est: dvi CI*vitatis* BRIG*antum.* Utrum vero (inquit) Dvi ille sit Deus, quem diw nunc vocant Britanni, an peculiaris Brigantum genius topicus, disquirant doctiores.

2. Cambdenus legit: et nvm. gg.

3. Idem: t. avr.

5. Cambdenus: et svis s. m. a. g. Extremae notae (ait) mihi prorsus ignotae.

6. Literas antoni Orellius minus recte ad superiorem traxit versum. Cambdenus enim, *αὐτόπτης*, duos ultimos versus in adverso arae latere reperit. Omisit Orellius syllabam no.

XCVI.

DVLLOVI
M. LICINIVS
GOAS
V. S. L. M.

Dullovi(o) Marcus Licinius Goas votum solvit lubens merito.

Ara, Vasione reperta.

Cf. Spon, Ignot. deor. ar. 60. Miscell. erud. antiq. 253. 36. Martin, Réligion d. Gaul. II. 370. Orelli, Inscr. Lat. I. 353. 1990.

2. 3. Coniunxit hos versus Orellius.

XCVII.

DVLOVIO.

Inscriptio Vasione reperta.

Cf. Spon, Ignot. deor. ar. 60. Muratori, Nov. Thes. IV, 1916. 4. Martin, Rél. d. Gaul. II. 369.

XCVIII.

INO DVLOVIO VIVOS.

Inscriptio Vasione reperta.

Cf. Spon, Ignot. deor. ar. 60. Muratori, Nov. Thes. IV. 1986. 5. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 369. Beaulieu, sur les Antiquités de Vaison, in Mém. et diss. s. l. Antiq. nat. et étrang. publ. p. l. Soc. Royale d. Antiq. de France, Par. 1842. XVI. 110-158.

Explicandum arbitror hunc titulum: INO DVLOVIO, V*ti* I*usserat* VO*tum* S*olvit.*

XCIX.

IN H. D. D.
I. O. M. ET. DANV
VIO. EX VOT
O. PRIMANVS
SECVNDI VSLL.
MVCIANO. ET. FABI...

In honorem domus divinae. Iovi optimo maximo et Danuvio ex voto Primanus Secundinus votum solvit lubens laetus, Muciano et Fabiano consulibus.

Monumentum Ecclesiae Ristissensis lateri meridionali infixum.

Cf. Memminger, Beschreibung des Oberamts Ehingen, 10. Orelli, Inscript. Lat. I. 314. 1651. Osann, in Alg. Schulzeitung, 1830, 928. Von Raiser, der Oberdonaukreis unter den Römern, II. 12. Stälin, Wirtemb. Jahrb. 1835. I. 28. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 39. 63 *a*.

C.

DEAE DEIRONAE
MAIOR MA
GIATI FILIVS
V. S. L. M.

Deae Deironae Maior Magiati filius votum solvit lubens merito.

Titulus in fano Lotharingiae S. Naboris detectus.

Cf. Oberlin, Mus. Schoepfl. I. no. 2. Orelli, Inscr. I. 35 2. 1987.

Oberlinus hanc Deironam eandem esse putat cum Sirona, de qua infra.

CI.

DEXSIVAE ET CAVDEL
LENSIBVS C. HELVIVS
PRIMVS SEDILIA
V. S. L. M.

Dexsivae et Caudellensibus Caius Helvius Primus (et) Sedilia votum solvunt lubenter merito.

Ara in valle Belgemerico (Belgemier) reperta.

Cf. Millin, in Magaz. Encyclop. 1818. IV. 241. Orelli, Inscr. Lat. I. 352. 1988. Mém. d. l. Société Royale d. Antiq. de France (Par. 1829) IX. Praef. 42. De Wal, De Moedergodinnen, 82. 109.

1. DEXSIVAE. In aliis titulis hanc Deam Dexi-

viam Optimam dici, ex Orellio cognovimus. Antiquarii, qui Aquis Sextiis de hoc titulo explicando fuerunt solliciti, Dexiviam numen ἐπιχώριον habuerunt: in Societate vero Archaeologica Gallica, quae Parisiis floret, haud pauci vocabulum in duas sejungendum esse partes arbitrati sunt, ita ut legatur: DVAE EXIVIAE: has vero ad numina vialia referendas.

2. HELVIVS. Nomen in historia notissimum. Helvius Iustus, Helvius Crescens, Helvius Hermias, alii, in inscriptionibus saepius occurrunt. Cf. quae attulit exempla doct. Seidl, in Annal. Vindob. 1845, t. CXI. Anzeigebl. 17.

CII.

ENDOVELLICO
SACRVM
EX RELIGIONE
IVSSV NVMINIS
POMPONIA MARCELLA
A. L. P.

Endovellico sacrum. Ex religione, iussu numinis, Pomponia Marcella animo libente posuit.

Titulus, Villae Vizosae in Lusitania repertus.

Cf. Gruter. Thes. 88. 7. Orelli, Inscr. Lat. I. 352. 1991. Miguel Perez, Dissertacion sobre el Dios Endovellico. Madrid. 1760. 4.

CIII.

DEO ENDOVELICO
PRAESTANTISS
IMI ET PRAESEN-
TISSIMI NVMINIS
SEXTVS COCCEIVS
CRATERVS HONOR
INVS EQVES ROMA
NVS EX VOTO.

Deo Endovellico, praestantissimi et praesentissimi numinis (cultor) Sextus Cocceius Craterus Honorinus, eques Romanus, (dicat) ex voto.

Monumentum, Villae Vizosae in Lusitania repertum.

Cf. Gruter. Thes. 87. 9. Orelli, Inscr. Lat. I. 352. 1992.

CIV.

Q. SEVIVS. Q. F. PAP.
FIRMANVS. VOTVM
DEO. ENDOBOLICO
S. L. M.

Quintus Sevius, Quinti filius, Papus Firmanus, votum Deo Endobolico solvit lubens merito.

Titulus in eodem loco ubi superiores repertus.

Cf. Reinesius, Synt. 1610. 6.

3. ENDOBOLICO. Multos eruditorum de huius dei natura et nomine, contulit Reinesius l. l. p. 1010 - 1014, qui aliorum nugis interdum nimium tribuere videtur.

CV.

HERCVLI
ENDOVEL
TOL. V. V.
OSCA
DEIS TVTEL.
COMPEDIS
VRSOS. TAVROS
ARIETES MARINAS
QVONDAM D. D.

Herculi Patri (et) Endovelico, Toletana Valentia Victrix Osca, Deis tutelaribus compedis, ursos tauros (et) arietes marinas quondam dat dedicat.

Titulus, qui Toleti in Hispania repertus esse fertur: at dubitandum, quin genuinus sit habendus.

Cf. Reinesius, Synt. 244, 292.

1. P. Patri vel Pacensi, i. e. Pax-Augustano. *Rein.*

3. TOG*otii* nomen restituendum esse censuit Reinesius.

8. ARIETES. Olim legebatur OVES: quod descriptorum esse figmentum asserit idem. De arietibus marinis cf. Plin. Hist. Nat. IX. 5. XXXII. 11. Aelian. Hist. Animal. XV. 2.

CVI.

EPONAE
SACR
CACIV
OPTAT
MV
V

Eponae sacrum. Cacius Optatus Mucro votum solvit.

Ara Antonaco (Andernach) reperta, dein in Museum Nobil. Huepsch translata.

Cf. Huepsch, Epigrammatogr. 18. 64. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rheni, II. 55. 735. Lersch, Centralmus. Rheinl. Inschriften, I. 22.

2. Huepschius et Steinerus SAC., Lerschius vero SACR.

5. Steinerus legit M. V, ita ut seiunctae literae duo significare videantur nomina. At legendum esse MV*cro* iamdudum docuit doct. Janssen, ap. Fiedlerum, in Jahrb. f. Philol. u. Paedagog. v. Jahn, XXXVIII (1843) 303.

CVII.

EPONA.

Unicum hoc vocabulum legitur in lapide, in oppido Lunnern prope Turicum reperto.

Cf. Orelli, Inscript. Helvet. 198. 267.

CVIII.

EPONAE AVG
SACR VA
VOLVSIVS
EQVESTER
V. S. L. M.

Eponae augustae sacrum. Valerius Volusius Equester votum solvit lubens merito.

Cippus in Pannonia prope castellum Windenau repertus, inter plurima Romanae antiquitatis vestigia. Enumerat cl. Muchar « römische Pflasterung mit sechseckigen Zieglen, bedeutend grosse Backsteine, römische Lampen von terra sigillata, und mit den Sieglen LVCIVS F., zwei Reliefsgebilde mit geflügelten Geniën, die Büste der Isis und diesen Cippus. Ueber dem Altercippus scheint ehedem eine plastische Figur gestanden zu haben, welche jedoch weggeschlagen worden ist."

Cf. Muchar, Geschichte von Steiermark (Graetz 1844) I. 445.

1. Ad seriorem aetatem hunc referendum esse cippum, alia arguunt monumenta hic inventa. Nummi in hoc ipso loco detecti sunt Valeriani, Gallieni, Aureliani et Constantini Magni.

3. Volusium alibi in Pannonia non occurrere monuit clarissimus editor.

CIX.

DEAE EPONAI
ET GENIO. LEVC
TIB. IVSTINIVS
TITIANVS
LEG. XXII
ANTONIANA
EX VOTO.

Deae Eponae et genio Leucorum Tiberius Justinius Titianus, (miles) legionis vicesimae secundae Antonianae, ex voto.

Ara in ruderibus Nasii reperta hodieque Musei Dufresnii, viri ampl., Metensis, ornamentum. Egregiam eius delineationem dedit doct. Bégin in opere mox laudando, Tab. 13: *Monumens de la légion XII.*

Cf. Bégin, Metz depuis XVIII siècles (Metz 1843-1844) I. 104.

1. Deae imago exhibetur in uno quadrangulati lapidis latere: in adverso ipse conspicitur Titianus, sago, lorica et paludamento munitus. Verbo hic monere liceat, nos Eponam deam habere origine sua vere Italicam, quam tamen hic praeterire nefas duxi, cum plures etiam et docti illam Celticam existimaverint divinitatem. At alibi accuratiorem de hoc numine disquisitionem instituere speramus.

5. Eiusdem legionis et alia mentionem faciunt monumenta ibidem reperta.

M. A. SEVER.
LEG. XXII
GERM. INC.
MONVM.
P.

Alius in Museo Metensi servatus titulus haec habet:

VENDI VERANI
EX OPTIONE. LEG. XXII P
P. F. DEFVNCTI ET FINITIMI
AENONNAE CONIVGI
VIVAE
FILI ET HEREDES. F C

6. Literae IANAE fere excisae.

CX.

I. O. M.
EPONAE
SANCTAI
M-CIII

Iovi optimo maximo (et) Eponae sanctae Municipes centum et tres.

Monumentum in urbe Celeia hac ipsa aetate ad introitum horti Iautensis, prope Voglainam semitam, portae inclusum.

Cf. Muchar, Geschichte von Steiermark, I. 352.

8. SANCTAI. Celeiam hic subintelligi divinitatem topicam existimat Mucharus, vir clarissimus. Mihi potius ipsa Epona hic sanctae nomine ornata videtur. Neque attendit Mucharus, Jovi quoque hunc dicatum esse titulum.

4. Obscurus sane versus. Numerum municipum hic indicari, vix credendum. Significat forte

Municipes Celeienses Ipsa (scil. Epona) *Imperante Iubente* seu *Immunitate Impensorum Impetrato.*

CXI.

IVSSV DEORVM C. VALE . . .
HERCVLI EPONAE S . . .
CVLAM RESTITVI . .
SALVTEM SVAM ET
PROCVLO MVLIIS.

Iussu deorum Caius Valerius Herculi (et) Eponae sacram aediculam restituit ob salutem suam et Proculo Muliis.

Monumentum Romae servatum.

Cf. Donat. Supplem. 38. 102. Orelli, Inscript. Lat. I. 329. 1793.

CXII.

DEAE. EPONAE. MA . . .
. . ILIVS RESTIO. M . . .
. . EG. XXII. ANTONI
NIANAE. P. P. F. IMMV
. . S. COS. CVRA. SA
. . NS. VICO. SALOD.
III. KAL. SEPTEMBR.
D. N. ANTONINO
II. ET. SACERDO . . . .
COS. V. S. L. M.

Deae Eponae Marcus Opilius Restio, miles legionis vicesimae secundae Antoninianae primigeniae piae fidelis, immunis consulis, curator Salensium, vico Saloduro, tertio Kalendas Septembres, domino nostro Antonino secunda vice et Sacerdote secunda vice Consulibus, votum solvit lubens merito.

Gruteri actate hic lapis in domo privata Saloduri servabatur in via Scholastica. Schoepflinus, Hagenbuchius et Hallerus cum viderunt et inscriptionis apographen fecerunt: quorum ultimus ipsum (a. 1811) examinavit, dum turri veteri erat inclusus.

Cf. Guillimanni Rer. Helvet. l. III. c. 10. 37r. Hafner, Chronic. Salodur. II. 45. Gruter, Thes. Inscript. 97. 4 Reines. Epist. ad Rupert. 85. Syntagm. 416. 525. Plantinus, Helvet. antiq. et nov. 272. Stumpfius, Chron. Helvet. VII. 25. Breitinger, Alt. v. Zurich, 32. Schoepflin, Alsatia illustr. I. 142. Von Haller, Helvetien unter den Römern. I. 221. Wiener, de legione Romana XXII. 102. Orelli, Inscript. Lat. I. 124. 402, I. 560. Orelli, Inscr. Helvet. 181. 215. Grotefend, crit. Biblioth. 1828. 366. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rheni I. 311. 547.

1. MA. Schoepflinus et Hallerus legunt MAX, Eponam Maximae cognomine ornatum existimantes. Alii MAT., ut aram Eponae Matri diratam iudicemus. Alii explicant MA*gnae.*

2. Gruteri aetate integrum adhuc legebatur nomen OPILIVS.

5. 6. Gruterus habet:

CVRAT. CA
LEND.

Curator Calendarii. Alii interpretati sunt *curator salinarum sequanarum*, uti Hagenbuchius. Hallerus curatorem adfert *Saliensium*, Orellius Saliniensium.

7. Schoepflinus legit:

XIII. KAL. SEPTEMBR.

Gruterus, Hallerus et ipse Orellius: XVIII KAL SEPTEMBR.: hic tamen postea in Inscriptionibus Helveticis nostram praebuit lectionem.

9. Vocabulo EOS praepositum erat II, uti indicarunt Schoepflinus et Hallerus. Alii haud pauci tituli hunc ipsum referunt consulatum, a Marco Aurelio Antonino Heliogabalo et Licinio Sacerdote a. p. Ch. 219 altera vice gestum. Cf. Reines. Syntagm. cl. I. 174. 148. Gruter. Thes. 310.

10. Deëst formula votiva apud Hagenbuchium.

CXIII.

EPONAE AVG.
IANVARIVS EQ. LEG.
$\overline{\text{II}}$ AD. P. F.
V. S. L. M.

Eponae Augustae Ianuarius, eques legionis secundae adiutricis piae fidelis, votum solvit lubens merito..

Titulus Vacio repertus.

Cf. Sestini, Viaggio, 262. Orelli, Inscript. Lat. I. 329. 1792.

CXIV.

MARTI
MINERVAE
CAMPESTRI
BVS HERCV
EPONAE
VICTORIAE
M. COCCEI
FIRMVS
> LEG. II. AVG.

Marti, Minervae, Campestribus, Herculi, Eponae, Victoriae, Marcus, Cocceii filius, Firmus, centurio legionis secundae augustae.

Ara a. 1771. ad vallum Antoninianum in Scotia prope Grahamsdijke reperta.

Cf. Gough, on some Roman Altars, in Archaeol. III. 119. Orelli, Inscript. Lat. I. 280. 1355. de Wal, de Moedergodinnen, 59. 87.

3. Gough tantum habet CAMPEST; in tituli vero imagine, auctoris disputationi addita, literae RI satis distincte leguntur.

4. Ad monumenti fidem scribendum: HER ⊙.

7. Orellius habet COCCEI.

CXV.

CAMPES ET EPONAE
ALA I SING. IMP. CR. CVI PRAEEST
AEL. BASSIANVS PRAEF.
V. S. L. L. M.

Campestribus et Eponae ala prima singulariorum
Imperatoris civium Romanorum, cui praeëst
Aelius Bassianus praefectus, votum solvit
lubens laeta merito.

Ara ab Aventino in oppido Koesching ad Danubium reperta.

Cf. Gruter. Thes. 87. 5. Aventin. Annal. Boior. 81. Keysler, Antiq. Septentr. et Celtic. 421. Gough, on some Roman Altars, in Archaeologica or Miscell. tracts, III. 121. Orelli, Inscr. Lat. I. 330. 1794. Staelin, Wirtemb. Gesch. I. 233. De Wal, de Moedergodinnen, 58. 86.

2. Orellius legit:

ALA ISI N. G. HP. CR. QVI ET.

3. Ad quartum versum Staelinus retulit vocabulum PRAEF. Keyslerus totam inscriptionem sic exhibet:

CAMPES ET
EPONAE ALAI
SATGHPCR QVI ET
AƎ BASSIANVS
CVRAFF V. S. L. E. M.

CXVI.

FONIONI SACR.
SECA IONIS MAG.
D. D.

Fonioni sacrum. Seca Ionis magistra dat dedicat.

Ara Aquileiae reperta.

Cf. Marini, Atti e monum. de frat. Arvali, II. 619. 544. Orelli, Inscr. Lat. I. 352. 1994

CXVII.

FONIONI
SACR.

Fonioni sacrum.

Titulus Aquileiae repertus.

f. Bartoli, Antich. d'Aquil. 15.

Hunc titulum ex Orellio (Inscr. Lat. I. 350) tantum cognovi, qui Fonionem Marti a nonnullis aequiparari tradit.

CXVIII.

GENIO
ANIGEMIO
CVLTORES
EIVS
V. S. L. M.

Genio Anigemio cultores eius votum solverunt lubenter merito.

Ara a. 1826 in urbe Celeia (Cilly) reperta, hodieque ibidem servata.

Cf. Annal. Vindob. 1829. XLVIII. Anz. 93. 280. Alb. v. Muchar, Geschichte der Steiermark, I. 353. Seidl, in Annal. Vindob. 1845, CXI. Anz. 31. 24.

Loci hac nostra aetate incogniti hic nuncupari genium putat cl. Muchar, eundemque Celeiae esse cultum. Vid. lib. l. I. 176. Similiter doct. Seidl eandem tuetur sententiam. Da die adiectivische Form (ita ille) von Anigemius in Ueber-

einstimmung mit Genius, meines Wissens, keine Analogie für sich hat, so bin ich der Meinung, Anigemius sei hier der latinisirte Name irgend eines, *dem einheimischen Volksglauben* angehörigen Wesens, welchem die Brüderschaft, die ihm in besonderes Verehrung zugethan war, als ihrem Schutzgotte, einen Gelübdestein errichtete. Ad Celtica deinde idem speciosius animum advertit, ubi dicit: *Nigte* oder *nighim* heisst im Irischen: waschen, baden, mit der Verstarkungsvorsylbe A, ANIGHIM, woraus ganz gut *anigemius*, *anighimius* gebildet werden konnte, mithin Genius Anígemius so viel als Genius Lavationum, Bade-Schutzgott.

CXIX.

GERO AVG. SAC.
IVLIVS VERECVNDVS
ET IVLIVS MERCATOR
ET IVLIA IVLIANA
ET IVLIVS SECVNDVS.

Gero augusto sacravit Iulius Verecundus et Iulius mercator et Iulia Iuliana et Iulius Secundus.

Ara reperta in oppido Goertschach, prope Linzam in Austria.

Cf. Muchar, das römische Norikum (Graetz 1825) I. 253. Orelli, Inscr. Lat. I. 352. 1996.

1. *Ger* a nonnullis numinis topici nomen habetur, quod superesse putant in vico Goertschach.

3 - 5. Post vocabula ET - ET - ET semper apud Mucharum exstat litera G. Recte autem quaerit Orellius, fuerintne folia duntaxat, ut saepius, distinctionis signo incisa? Sin vero littera sit existimanda, nomen divinitatis quater in monumento indicari, haud male suspiceris.

CXX.

GISACO.

Huius dei mentionem factam invenimus in lapide, paucis abhinc annis reperto in vico Vicil-Evreux.

Cf. l'Institut, Sect. Archéolog. 1839, 8. Nuperrime editus est Th. Bonnini liber, cui titulus: Antiquités Gallo-Romaines du Vicil-Evreux, publiées sous les auspices du conseil-général du département de l'Eure. Evreux 1845; quem tamen inspicere mihi nondum licuit.

CXXI.

APOLLINI GRAN
NO MOGOVNO
ARAM
Q. LICINIVS TRIO
D. S. D.

Apollini Granno Mogouno aram Quintus Licinius Trio de suo dedicat.

Ara Horburgi in Alsacia reperta, inde Argentoratum translata.

Cf. Observat. de ara Apollinis, Colmariae in Alsatia nuper repertâ, in Act. Erudit. Lips. Suppl. IX. 325. Eckhart, de Apolline Granno

in Kuchenbeckeri Analect. Hassiac. III. et in Act. Erudit. Lips. Suppl. IX. 346. Muratori, Thes. 22. 11. Bimard, Proleg. in Murat. I. 59. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 461. Orelli, Inscr. Lat. I. 353. 2000. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 85. 142.

3. Hunc versum non habet Eckhartus.

Diversum a Granno Mogounum habet Bimardus, hunc deum fluvialem (Main) fuisse existimans, quem Annales Metenses Mogoni nomine significaverunt. Vid. Proleg. I. 59. Camdenus (Britannia, II. 5) Apollinem Grannum eundem fuisse credidit Romanis, qui Ἀπόλλων Ἀκερσεκόμης Graecis, i. e. crinitus. Promissos enim Gothorum crines Grannos vocat Isidorus. Cf. et Mone, Gesch. d. Heidenth. im nördl. Europa, II. 345. A. Pauly, in Jahrb. d. V. v. A. im Rh. II. 73. Contra illustr. Morellus de Mautour ipsum vocabulum Grannum nomen esse topicum putat, Velserique refert sententiam, qui cognomen Granni seu Grani Apollini tributum existimabat a civitate Aquis-Grani (Aken). Imo Henius Apollinem Grannum Deum solem referre putat, Sironam vero caeteras constellationes (σίριον) significare. Cf. F. X. Hene, Beiträge zur Dac. Gesch. (Hermannst. 1836). Vid. Wien. Jahrb. d. Lit. CX. (1845) 243.

CXXII.

IN H. D. D.
APOLLINI GRANNO
BAIENIVS VICTOR
ET BAIENIVS VICTO
RINVS FILI EIVS EX
VISSV SIGNVM CVM
BASE.

In honorem domus divinae. Apollini Granno Baienius Victor et Baienius Victorinus, filius eius, ex vissu signum cum base (posuerunt).

Titulus Famingae repertus.

Cf. Velseri Oper. 407. Gruter. Thes. 31. 2. Von Raiser, Gesch. v. Lauingen, 19. Oberdonaukreis. II. 35.

1. Gruterus: IN D. H. II.

4. 5. Gruterus: BAIENIBVS. Singuli quoque versus in singulis editionibus varia ratione distributi. Tertius apud eundem non legitur.

6. VISSV. Loco *τοῦ* VISV. An scribendum IVSSV?

CXXIII.

APOLLINI GRANNO
SIGNVM CVM BASE MIRPA.

Apollini Granno signum cum base Mirpa (posuit).

Lapis ex ruderibus arcis Famingensis, prope Lauingam repertus.

Cf. Graevius, Thes. Antiq. Rom. I. IX. praef. Gruter. Thes. 38. 1. D'Orville, Miscell. Observat. (1741) III. 107. Von Raiser, Geschichte v. Lauingen, 19. Oberdonaukreis. II. 35. Orelli, Inscript. Lat. I. 358. 1998.

4. Raiserus vocem Mirpa explicat per M*iles* R*estitutus* P*osuit* A*nimo libentissime.* Graevius, quocum Orellius inscriptionem minus recte quatuor distribuit versibus, scribit explicatque MAR(*morea*) PA(*ria*); d'Orvillius: MAR(*moris*) PA(*rii*). Nemo autem monumentum illud ex marmore confectum esse testatus est: quod si affirmare quis posset,

inepte tamen id ipsum in titulo indicatum fuisset. Potius ergo cum Orellio Mirpam nomen habemus origine Germanicum.

CXXIV.

DEI APOLLINIS GRANNI
REL . . . .
. . . .
. . . . P. P.
DIONYSIVS. LEG. AVG
. . . . P. R. PR
. . . .
AD KAL. IVNIAS.

Dei Apollinis Granni - - -

Titulus in oppido Lauingen repertus.

Cf. Apiani Inscript. Sacr. Sanct. vetust, 416. Gruter. Thes. 38. 3.

CXXV.

IN
H. D. D.
APOLLI
NI GRAN
NO HVL
VICTORI
NVS DEI
C. A. G. PAR
PRO. FILIO
HVL. LEPI
DO V. S. L. L.
M.

In honorem domus divinae, Apollini Granno Hulius Victorinus decanus civitatis . . . parens pro filio Hulio Lepido votum solvit laetus lubens merito.

Ara, Neostadii reperta, in Museo Stuttgardiensi servata.

Cf. Muratori, Nov. Thes. IV. 1979. 8. Schott, phys. cur. app. XII. 1530. Sattler, Gesch. v. Würtemb. 196. Stälin, Würtemb. Jahrb. 1835. I. 82. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 19. 30.

5. Alii legunt: VIGLONIVS. Legendum forte: VIGLORINVS.

7. 8. Alii D. L. C. C. A. G., explicantes: *dedit locum cum cippo animo grato.*

CXXVI.

APOLLINI GRANNO
M. VLPIVS SECVNDVS
T. LEG. III ITAL. ARAM
CVM SIGNO
ARGENTEO
V. S. L. M.

Apollini Granno Marcus Ulpius Secundus, tribunus legionis tertiae Italicae aram cum signo argenteo votum solvens lubenter merito (dicat).

Ara in oppido Lauingen reperta.

Cf. Apiani Inscript. Sacr. Sanct. Vetust. 416. Smetii Inscript. Antiq. 148. 24. Gruter. Thes. 37. 13.

1. Apianus legit: CRANNO.

3. Vox ARAM deest in Apiani editione.

4. 5. Coniuncti sunt hi versus apud Apianum.

CXXVII.

APOLLINI GRANNO
SABINIVS PROVINCIALIS
EX VOTO
L. L. M.

Apollini Granno Sabinius Provincialis ex voto lubens laetus merito.

Ara Lauingae reperta.

Cf. Apiani, Inscript. 429. Gruter. Thes. 37. 14. Smetii Inscript. antiq. 148. 22. Von Raiser, Guntia, 66. Orelli, Inscr. Lat. I. 353. 1999.

3. EX VOTO. Haec vocabula non occurrunt in Apiani collectione.

4. Ita Orellius. Apianus vero et Gruterus habent: L. D. L.

Smetius quatuor priora vocabula quatuor distinxit versibus.

CXXVIII.

APOLLINI GRANNO
ET SIRONAE DIS PRAE
SENTIB. Q. AXIVS AELI
ANVS V. E. PROC. AVG. C.

Apollini Granno et Sironae, Diis praesentibus, Quintus Axius Aelianus veteranus et proconsul Augusti Caesaris.

Ara Brettae, ad amnem Sargetiam, reperta.

Cf. Gruter. Thes. 37. 11.

2. Gruterus: SIRONIAE.

CXXIX.

APOLLINI
GRANNO
Q. LVSIVS
SABINIA
NVS
PROC
AVG
V. SS. L. V. M.

Apollini Granno Quintus Lusius Sabinianus, proconsul augustalis, votum susceptum solvit lubens volens merito.

Ara in comitatu Lothian (Scotia) prope oppidum Borthwick reperta. Bis eandem protulit Gruterus, cum, pagum Enderask, tum vicum Musselburgum indicans. Napierus illam male olim descripsit; melius vero postea Petrus Iunius.

Cf. Gruter. Thes. 37. 12 et 38. 4. Camden, Brit. II. 5. Vid. et Salmasius, ad Spartiani Hadr. c. 3.

3. Q. LVSIVS. Ita Camdenus: Q. VALVSIVS e Velseri Mss. Gruterus: alibi vero Q. LVSIVS. Variat item versuum numerus et dispositio apud singulos editores.

8. Deërat haec formula in utroque Gruteri codice.

CXXX.

APOLLINI
GRANNO ET
SANCTAE
SIRONAE
SACRVM.

Ara, a Smetio visa, Romae in S[to] Silvestro servata.

Cf. Smet. Inscr. Antiq. 21. 5. Grut. Thes. 37. 10. Orelli, Inscr. Lat. I. 353. 2001.

3 - 4. Hosce versus copulat Orellius, nescio qua auctoritate fretus.

CXXXI.

APOLLINI GRAN
NO ATTIVS - - -

Apollini Granno Attius.

Lapis mutilus in vico Erp inventus, postea Blankenhemium translatus.

Cf. Eckhart, in Act. Erud. Lips. Suppl. IX. 350. Huepsch, Epigrammat. I. 39. 3.

2. Quamvis ex Eckharto titulum protulerit Huepschius, scribit tamen: NSC ATTIVS. Addidit idem in initio hunc versum: IN H D IL.

CXXXII.

APOLINI
GRANNO
ET NIMPH
IS. C. VIDIVS
IVLIVS PRO
SE ET SVIS
V. S. L. L. M.

Apollini Granno et Nimphis Caius Vidius Iulius pro se et suis votum solvit laetus libens merito.

Ara a. 1810 ad montem Ennetacum in Wurtembergia reperta, et hodie ad introitum castelli Scheer reposita.

Cf. Von Memminger, Oberamt Saulgau, 24. Férussac, Bullet. d. Scienc. historiques, I. 14. (1830), 71. Stälin, in Wurtemb. Jahrb. 1835. I. 108. Osann, in Allgem. Schulzeit. 1830. II. 928. Steiner, Cod. Inscr. Rh. I. 9. 10. De Wal, de Moedergodinnen, 50. 77.

CXXXIII.

APOLLINI GRANNO DONVM AMILIVS CONSTANS
PRAET. TEMPLI IPSIVS V. S. L. M.

Apollini Granno donum, A(e)milius Constans, praetor templi ipsius, votum solvit lubens merito.

Inscriptio vasis aerei reperti in lapidicina Westermanland in Suecia.

Cf. Kruse, Archiv für alte Geogr. caet. II. 185. Orelli, Inscr. Lat. I. 353. 1997.

CXXXIV.

MARTI
HALAMARD
SACRVM
T. DOMIT. VINDEX
LEG. XX V. V.
V. S. L. M.

Marti Halamardo sacrum. Titus Domitius Vindex, (centurio) legionis vicesimae Valeriae Victricis, votum solvit laetus merito.

Ara in vico Hornano, haud procul a Ruremundo, reperta.

Cf. Huepsch, Epigrammat. I. 65. 2. In de Betouw, de ar. et lapid. 38. Heylen, de Rom. monum. in Austriaco-Belgico repertis, in Mém. d. l'Acad. de Brux. IV. 448. Orelli, Inscript. Lat. I. 353. 2002. Schayes, les Pays-Bas av. et dur. la dominat. d. Rom. I. 253.

2. Latet forte Halamardi nomen in inscriptione Coloniensi perquam obscura apud Lerschium:

LAMAVE
RVS LEG . . I
M . . . IN
. V
V. S. L. M.

4. T. Schayes legit E cum Heylenio; Huepschius F: utrumque male.

5. Orellius et alii hic legunt: C. LEG., sed minus accurate, cum litera E non exstat in monumento, neque ibidem excisa videatur. Huepschius legit: C. LEC.

CXXXV.

DEAE HARIASAE
H. D. TIBERIVS VLPIVS
ACVTVS DVPLARIVS ALARIVS
SVLPITIVS SINGVLARIS COS
CIVES TRAIANENSES
V. S. L. M. M. CRISPINO ET
AELIANO COS.

Deae Hariasae. (In) honorem domus (divinae). Tiberius Ulpius Acutus, duplarius alarius, (et) Sulpitius, singularis Consulis, cives Traianenses, votum solverunt laete merito, Marco Crispino et Aeliano consulibus.

Una ex aris a. 1674 Coloniae inventis, cum virgines Ursulinae prope S. Cunibertum novum conderent hospitium.

Cf. Eckhart, de Apollini Granno, in Act. Erud. Lips. Suppl. IX. 348. Aldenbrueck, de Relig. Ubior. 53. Huepsch, Epigrammat. I. 9. 25. Orelli, Inscript. Lat. I. 353. 2002. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. II. 108. 853. Mone, Gesch. d. Heidenth. im nörd. Europa. II. 348.

1. Eckhartus legit: HARIOSAE. Si ducatus (inquit) Clivensis oppidum Orsoium tam antiquum esset, ut ad Romana tempora ascenderet, illud Deae huic cognomen fecisse potuisset.

2. Apud Eckhartum legimus: H. D. TI. VLPIVS.

3 - 7. Haec non habet Eckhartus.

4. DVPLARIVS. Miles propter singularia merita ampliori stipendio donatus. Cf. Varro, de L. Lat. IV. 24. „*Duplicarii* dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur institutum." Liv. II. 59. Veget. II. 7. Laur. Lyd. I. 46. *Duplicarios* quoque illos esse dictos, ex Varrone cogno-

vimus: ex monumentis idem patet, v. c. in hoc titulo apud Orellium II. 428. 4994:

C. LOVTIVS. CLVTAMI. F.
DVPLICARIVS. ALAE
II. PANNONIOR. SVSARRI
DOMO CVRVNNIACE
AN. XXXV. STIPEN. XI.
S. EST. POSIT. CA.

Alibi iidem *dupliciarii* vel *duplares* nominantur ut v. c. in isto titulo ap. Orellium, II. 188. 3534

A. ARRIVS CHRYSANTHVS
MARMORARIVS
AVGVSTAL. PVTEOL
DVPPLICIAR. > PETRON
VIVVS SIBI.

4. SINGVLARIS. Nomen proprium habet Steinerus, et hunc (*beneficiarium*) *consulis* habet: equidem potius consulis hic nuncupari existimarem *equitem singularem*, quorum saepius mentio fit in monumentis, uti peditis *singularis tribuni* in hoc titulo ap. Murat. III. 800. 8:

D. M
Q. CAECILIO Q. F
MAECIA
MAXIMO NEAPOLI
MIL. COH. VII. PR.
SINGVLARI TRIBVNI.

7. Aldenbrueckius habet COSS., quem secutus est Huepschius.

CXXXVI.

HERCLI SAXA
NO GEMELL
VS IMGINIF
.OH. ASTV
RVM. PFD ET
VEXIL. S. COH
EIVSDEM
V. S. L. L. M.

Hercli Saxano Gemellus, imaginifer cohortis Asturum piae fidelis dedicavit et vexillatio simul cohortis eiusdem votum solvit laeta lubens merito.

Ara a. 1775 prope Antonacum (Andernach) inventa.

Cf. Huepsch, Epigr. I. 5. 7. Orelli, Inscr. Lat. II. 118. 3479. Mém. d. l. Société d. Antiq. de France, VII. 56. Lersch, Centralm. II. 30.

4. In Societatis Parisinae Commentariis legimus:

OH. ·I ASIV.

Apud Huepschium vero: COH - [I 5 ASIV.

Lerschius itidem plene: COH.

CXXXVII.

HERCVLI. SAXANO. SACRVM.
SER. SVLPICIVS. TROPHIMVS.
AEDEM. ZOTHECAM. CVLINAM.
PECVNIA. SVA. A. SOLO. RESTITVIT.
IDEMQVE. DEDICAVIT. K. DECEMBR.
L. TVRPILIO. DEXTRO. M. MAECIO. RVFO. COS.
... VTACHICVS SER. PERAGENDVM. CVRAVIT.

Herculi Saxano sacrum. Servius Sulpicius Trophimus aedem, zothecam, culinam de pecunia sua a solo restituit, idemque dedicavit Kalendis Decembris Lucio Turpilio Dextro et Marco Maecio Rufo Consulibus .... Eutachicus Servius peragendum curavit.

Lapis in agro Tiburtino repertus, cuius apographen cum Grutero communicavit Smetius.

Cf. Gruter. Thes. 49. 3. Pighius, Herc. Prod. 394. Smetius, Inscript. Antiq. 6. 5. Keysler, Antiq. Septentr. 193. Festus, c. n. varior. 193. Otto, de tut. viar. 188. Hagenbuch, Sacrar. Princip. 34. Aldenbrueck, de relig. Ubior. 31. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 34. Cannegieter, de mutat. Rom. nom. sub princ. rat. 166. Van Alpen, in Mém. d. l. Société d. Antiq. de France, VII. 56. Lersch, Contralm. II. 28.

3. Minus recte van Alpen: LOTHECAM.

5. Hic versus cum sequentibus deëst in Alpenii editione.

6. A. p. Ch. n. 225. Pro Maecio Rufo alia nonnunquam monumenta Tusci vel Tusciani consulis habent nomen.

7. Minus recte Keyslerus, Martinus et Orellius legunt: EVTYCHVS.

CXXXVIII.

HERCVLI SAXA
NO L LICINIVS.
FESTVS. Ͻ. LEG. XXI.
RAP. ET. MILITES.
LEG. EIVSDEM
V. L. S.

Herculi Saxano Lucius Licinius Festus, centurio legionis vicesimae primae rapacis, et milites legionis eiusdem, votum libenter solverunt.

Ara in lapicidinis Brohlianis reperta, hodie in Museo Bonnensi servata.

Cf. Dorow, Denkmale, I. 103. Fiedler, Denkmäler, 224. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. II. 60. 746. Lersch, Centralmus. II. 30.

3. Ultima litera hodie vix legitur, Lerschio teste, qui Fiedleri lectionem E - FF - SIVS pro FESTVS reprobat. Litera S posterior in vocabulo FESTVS iam penitus deleta.

6. In vacuo huius versus spatio literam M (*merito*) supplendam monet Lerschius.

CXXXIX.

HERCV SA.
VEXILLAR.
L. I. F.L. VI. VICT.
L. X. G. P. E. AL. COI.
CV. Q. SOACVT
SV. CV. M. IVLI.
COSSVTI > L. VI.
VIC. P. C.

Herculi Saxano vexillarii legionis primae felicis, legionis sextae victricis, legionis decimae geminae piae et ala cohortis..... sub cura M. Iulii Cossuti, centurionis legionis sextae victricis, poni curaverunt.

Ara Neomagi reperta.

Cf. Cannegieter, de mut. Rom. nom. rat. 170.

1. *Herculi sacrum.* Ita explicatus fuit hic versus, at male.

5. Huius versus significationem me latere lubenter fateor. Explicat Cannegieterus: *qui sunt omnes a Colonia Ulpia Traiana.*

CXL.

HERCVLI SAX
SANO SACRVM
C. SVLPITIVS MA
TVRVS MLEG. XXII
PR. P. F. ET COMMI
LITONES LEG. EIVSDEM
QVI SVB EO SVNT.
V. S. L. M.

Herculi Saxano sacrum. Caius Sulpitius Maturus, miles legionis vicesimae secundae primigeniae piae fidelis et commilitones legionis eiusdem, qui sub eo sunt, votum solverunt lubenter merito.

Inscriptio cum nonnullis aliis ex Veteribus et Colonia Traiana (Bergendaal) effossa, a. 1617 ad arcem Clivensem transvecta, ubi a. 1667 syntagmati Mauritii principis fuit inserta. Errasse videntur Menso Alting et Dithmarus, illam Malburgi detectam existimantes. Ad Antunnacum fuisse erutam ex Schedis Papenbroekianis se quondam didicisse refert cl. Cannegieter, in Brittenburgo, 36. Ewichius in Birten effossum memoriae prodidit, cui adsentire Hagenbuchium in Sacrario Principis falso affirmat In de Betouw, loco mox laudando.

Cf. Ewichius, Descript. Clivipol. append. Teschenmacher, Annal. Clivens. 28. Mens. Alting, Notit. Bat. et Fris. Antiq. 32. Cuper, Mo-

nument. Antiq. 228. Hagenbuch, Sacrarii Principis, i. e. Antiquit. Clivens. Investig. I. de Hercule Saxsano, 4. Cannegieter, de mut. nom. Roman. rat. 167. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 35.* Pococke et Milles, Inscript. Antiq. 117. 114. Keysler, Antiq. Septentr. et Celtic. 191. Muratori, Thes. I. 65. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 441. Vermaeckl. a. d. wat. t. Kleef, 130. Huepsch, Epigrammatogr. I. 28. 10. In de Betouw, de Mercur. Harpocrat. al. sig. 31. Aldenbrueck, de relig. Ubior. 30. Van Alpen, in Mém. d. l. Société d. Antiquaires de France, VII. 55. Orelli, Inscript. Lat. I. 354. 2007.

2. Cuperus, qui summa fide se lapidem descripsisse testatur legit SANTO SACRVM: additque peritissimum Graevium interpretari *saxano sancto*, mirumque non esse si in Provincialibus Inscriptionibus peccaverit quadrantarius, et pro *sancto* sculpserit *santo*, cum tales errores in municipalibus et provincialibus titulis non pauci occurrent. At recte hanc interpretationem respuisse videtur Cannegieterus. Aldenbrueckius habet: ANO SACRVM.

3. Aldenbrueckius syllabum MA ad quartum retulit versum.

4. Nonnulli legunt: TVRVS LEG XXII: alii TVRVS MEG XXII: alii denique TVRVS > LEG XXII: plurimi tamen centurionis notam in lapide haud occurrere significarunt.

5. Variant in hoc versu describendo singuli fere editores. Cannegieterus habet PR. P. F. ET. COMILI, Aldenbrueckius PR. P. ET COMILI, Cuperus PREF. ET COMMI, In de Betouw PR. P. F. ET COMMI. Tertium quartumque versum minus recte coniunxit Orellius.

CXLI.

HERCVLI SAXANO ET
IMP. VESPASIANO
AVG. ET TITO IMP. ET
DOMITIANO CAESARI
M. VIBIVS MARTIALIS
> LEG. X GEM. ET COMMI
LITONES VEXILLI LEG.
EIVSD. QVI SVNT
SVB CVRA EIVS
V. S. L. M.

Herculi Saxano et imperatori Vespasiano Augusto et Tito imperatori et Domitiano caesari Marcus Vibius Martialis, centurio legionis decimae geminae, et commilitones vexilli legionis eiusdem, qui sunt sub cura eius, votum solvunt lubenter merito.

Ara, inter oppida Pont-à-Mousson et Scarpone reperta.

Cf. Hist. de Metz par les Bénédictins, I. 170. tab. XXIV. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 468. Orelli, Inscript. Lat. I. 354. 2008. Mém. d. l. Société des Antiq. de France, VII. 56. Lersch, Centralmus. Rheinl. Inschr. II. 29. Bégin, Metz depuis XVIII siècles. I. 89.

1. Bégin legit SAXSANO. Orellius vocabulum ET ad alterum refert versum.

2. VESPASIANO. In Collectaneis Gallicis et Begini opere legimus: VISPASIANO. Orellius huc trahit vocem AVG e sequenti versu.

3. 4. Hos versus coniunxit Orellius, uti et sextum cum septimo, nonum cum decimo.

7-9. Bégin legit:

TONES VEXILLI LEG. EIVSD.
QVI SVNT SVB CVRA EIVS.

CXLII.

I. O. M.
HER. SAXSEX.
DONNIVS
VINDEXSLEG
X. G. P. F. D. ET
COMMILI
TONES V S L M.

Iovi Optimo Maximo (et) Herculi Saxano Sextus Donnius Vindex, signifer legionis decimae geminae piae felicis dedicavit et commilitones, votum solverunt lubenter merito.

Ara prope Brohl reperta.

Cf. Dorow, Denkmale, I. 103. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rheni, II. 57. 741. Lersch, Centralmus. Rh. Inschr. II. 31.

3. Hic legendum esse DOMNIVS monuit me vir doctissimus Ianssen.

4. Literum D omisit Steinerus.

CXLIII

I. O. M.
. . RC . . . . XA . .
C. NIGIDIVS
APONINVS Ͻ
LEG. X. G. P F E.
COMMILITONE
LEG. EIVSDEM
VV S. L. M

Iovi Optimo Maximo (et) Herculi Saxano Caius Nigidius Aponinus, centurio legionis decimae geminae piae fidelis, et commilitones legionis eiusdem vota solverunt lubenter merito.

Titulus prope Brohl repertus. Steinerus illum interiisse credidit, at servatum esse in luco Drimbornensi testatur Lerschius.

Cf. Huepsch, Epigr. I. 67. 7. Brewer, Vaterl. Chronik, I. 202. Fiedler, Neue Mittheil. d. Thür. Sachs. Vereins, I. 3. 19. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. II. 58. 742. Lersch, Rhein. Prov. Bl. (1838). 48. Centralmus. III. 56. 79.

1. Has literas olim inscriptionis initium fecisse, vix dubitandum. Steinerus illas plene expressit, Huepschius vero tantum habet I. M. Iam vero totum versum penitus excisum esse e Lerschii descriptione constat.

2. HERCVLI SAXANO. Ita plene expressum fuit in titulo dei nomen. Lerschius legebat adhuc RE .... XA : Huepschius RE ..... AN.

4. Antiquiores editores legebant APOLLINVS, Huepschius APOLLINVSO. At legendum esse APONINVS constat e Lerschii editione.

5. ET. Ita Steinerus: Lerschius vero ultimam literam hodie excisam esse notavit.

7. Steinerus legit V, Lerschius V V: incertum tamen est, num altera V seriori aetate sit adscripta.

CXLIV.

HERCVLISAX
SANO
QMNLIVS
PRISCVS. > LE
G X GEMINA
ET COMILITONES
V S L M

Herculi Saxano Quintus Manlius Priscus, centurio legionis decimae geminae, et commilitones votum solverunt lubenter merito.

Ara in lapidinis Brohlianis reperta hodieque Musei Bonnensis ornamentum.

Cf. Dorow, Denkmale, I. 103. Fiedler, Neue Mittheil. III. 3. 18, et Röm. Denkm. 225. Steiner, Cod. Inscr. II. 59, 745. Lersch, Centralmus. II. 27.

4. Steinerus hic legit LEG.
5. Lerschius habet CXC.
6. ET. Lerschius: II.
7. Literae L. M. fere excisae sunt: exstitisse tamen eas in inscriptione ex accurato Lerschii textu didiceris.

CXLV.

HERCVLI MA
CVSANO ET
HAEVAE VLP
LVPIO ET VL
PIA AMMAVA
PRO NATIS
V. S. L. M.

Herculi Macusano et Haevae Ulpius Lupio et Ulpia Ammava pro natis votum solverunt lubenter merito.

Lapis in Geldria, verosimiliter in ipsa Batavorum exsula, repertus, superioris saeculi initio Bruxellis in Bibliotheca quadam societatis Jesu servatus.

Cf. Alting, Germ. inf. I. 31. Dithmar, ad Teschenmacheri Annal. Cliv. 34. Gudii, Inscript. Antiq. App. Praef. Keysler, Antiq. Sept. et Celt. 201. Martin, Rélig.[?]v. Gaul. II. 27* Muratori, Nov. Thes. 642. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 491. Cannegieter, de Britenb. 147. Postum. 155. Pococke, I. 118. 11. Van Eldik, Suspic. Spec. 35. In de Betouw, Opschr. op Alt. en Gedenkst. 67. Chron. v. Nijm. 200. Cannegieter, Brittenb. 147. Orelli, Inscript. Lat. I. 353. 2005. Janssen, Rom. Beeld. en Gedenkst. in Zeeland. 29. Ab Utrecht Dresselhuis, Godsdienstleer der aloude Zeelanders. 170. Leemans, Alg. Konst- en Letterbode, 1846. no. 7.

3. HAEVAE. Martinus legerat: HAFVAE, cuius vestigia pressisse videtur Monius, Gesch. d. Heidenthums im nordl. Europ. II. 349.

4. Ad hunc versum e subsequente syllabam PI traxit Janssenus, nescio qua auctoritate fretus, cum omnes fere, quod sciam, editores laudatam secuti sint lectionem.

5. PIA AMMAVA. Martinus male: PIAE AMMAVA. Keysleri textum, quem vitiosum et infidelem vocat, misere corrupisse ac depravasse videtur editor Gallicus. Neutrum illorum (ait Cannegieterus, Brittenb. 147), qui sunt in saxo, Batavum fuisse puto, sed a Luppia amne et Chamavorum regione ad colendum Herculem venisse. Eldikius legendum putabat: AMATA.

CXLVI.

HERCVLI
MAGVSAN
. SACRVM
VAL. NIGRI
NVS. DVPLI
ALAE. TVN
GRORVM.

Herculi Magusano Valerius Nigrinus, duplicarius alae Tungrorum, (votum solvit lubenter merito).

Ara in Scotia, haud procul ab oppido Polmont, nuper reperta.

Cf. Stuart, Caledonia Romana, a descriptive account of the Roman Antiquities of Scotland (Edinb. a. Lond. 1844). The Literary Gazette, 12 April 1844, no. 1473. p. 230. Leemans, Gedenkteekens van Hercules Magusanus, in Alg. Konst- en Letterbode, 1846, no. 7.

5. DVPLI. Cf. supra p. 96, 97.

6. De ala Tungrorum cf. Horsley, Britannia Romana, passim.

CXLVII.

MACSVSA
NO. HERCVLI
SACR. FLAVS.
VIHTIRMATIS. FIL
. VMMVS MAGISTR.
. IVITATIS BATAVOR
V. S. L. M.

Macsusano Herculi sacrum. Flavius, Vihtirmatis filius, summus magistratus civitatis Batavorum, votum solvit lubens merito.

Ara saeculo decimo septimo in vico Rummel in Brabantia Septentrionali reperta. A. 1686 vir cons. Copes, scabinus Sylvaducensis, illa Gisbertum Cuperum donavit. Hodie adhuc in aedibus privati cuiusdam Daventriae servatur. Genuinam esse equidem affirmare nollem.

Cf. Cuper. Monum. Antiq. 218. Muratori, Thes. I. 64. 1. Cannegieter, Postum. 158. Chishull, Iter per Turciam, Hungariam, Germaniam, Belgium, 162. Hagenbuch, in Miscell. Observat. Nov. X—XII. 366. Ev. Otto, Diss. IX de cons. qui extra Romam, 462. Van Wijn, Histor. Avondstonden, I. 17. Van Wijn, Huiszitt. Leven, I. 127. 344. Ackersdijk, Nieuwe Werk. d. Maatsch. v. Nederl. Letterk. V. I. 167. Orelli, Inscript. Lat. I. 353. 2004. Schayes, les Pays-Bas av. et dur. la dominat. d. Rom. II. 267. Verburg, in Hermans, Geschiedk. Mengelw. der Prov. Noord-Braband, I. 318—320. Janssen, Rom. Beelden en Gedenkst. in Zeeland, 30. Ab Utrecht Dresselhuis, Godsdienstleer der aloude Zeelanders, 169. Leemans, Konst- en Letterbode, 1846, no. 7.

1. Primam literam, tum primi tum secundi versus, penitus fere interiisse testantur editores: utriusque tamen supersunt vestigia, uti probatur delineatione, quam dedit cl. Verburg l. l.

3. FLAVS. Punctum super literam V habet Cuperus.

CXLVIII.

HERCVLI
MAGVSANO
M. PRIMINIS
TERTIVS
V. S. L. M.

Herculi Magusano Marcus Priminius Tertius votum solvit lubens merito.

Lapis, a. 1514 Westcapellae in litore repertus, dein in eiusdem vici Ecclesia servata, iam vero Musei Societatis Doctrinarum Zeelandicae, quae hodie Medioburgi floret, ornamentum.

Cf. Gruter, Thes. 1070. 4. Vred. Hist. Comit. Flandr. 68. Smallegange, Chron. v. Zeeland. 79. Gargon, Walchersche Arcadia, I. 186. Keysler, Antiq. Septentr. et Celt. 200. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 27. Cannegieter, Postum. 154. Reuvens, in Antiquiteiten van Westendorp en Reuvens, 11. 107. Janssen, Rom. Beeld. en Gedenkst. v. Zeeland. 27. Leemans, Konst- en Letterbode, 1846, no. 7.

2. Superiores editores et Reuvensius: MACVSANO. Gruterus MARCVSANO. Cf. Boxhorn, Quaest. Rom. cap. 1.

3. Reuvensius dedit M. PRIMINIVS. At errasse sculptorem et literulam praeteriisse docuit Jansseni *αὐτοψία*. Keyslerus legit M PRIMII VIS, qui etiam legi posse PRIMILIVS, PRIMILVIS, PRIMELVIS incautius monet.

CXLIX.

DEAE
HLVDANAE
SACRVM
C. TIBERIVS
VERVS.

Deae Hludanae sacrum. Caius Tiberius Verus (votum solvit, vel posuit*).*

Ara prope Birten inventa. Grimmius D. M. 205 (ed. I) illam postea in urbe Xanten servatam esse affirmat; eandem Cliviae iam asservatam esse docet Rabus.

Cf. Cuper. Monument. Antiq. 226. Alting, Notitia Germ. Infer. I. 102. Cannegieter, Brittenb, 31. Muratori, Thes. 112. 7. Saxe, Miscell. II. 288. Amusem. d. eaux de Clève, 159. Nachrichten über die zu Cleve gesamm. Alterthümer, 75. Vermaecklijkh. d. Wateren te Kleef, 131. Pococke et Milles, Inscript. Antiq. 117. 3. Dorow, Denkmale, I. 101. Huepsch, Epigrammatogr. 31. 25. Fiedler, Gesch. d. unt. Germ. I. 226. Orelli, Inscript. Lat. I. 354. 2014. Legis, Handb. d. altd. u. nord. Götterlehre, 28. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. II. 15. 637. Barth, Altdeutsche Religion, I. 129. Lersch, Centralmus. Rh. Inschr. II, 32. I. M. Rabus, Diss. de dea Hertha. Aug. Vindelic. 1842, 11. Exstant praeterea de hac dea scripta quaedam peculiaria, v. gr. Godofr. Schütze, de dea Hludana. Lips. 1748, et Thorlacius, Antiquitat. Boreal. spec. tertium. Hafn. 1782, quem secutus est Muenterus in opere notissimo, Geschichte der Einführung d. Christenthums in Dannemark, p. 30. Et Ioh. Henr. Hagenbuchius de hac ipsa dea alteram Sacrarii Principis descripti partem conscribere instituerat, uti patet ex ipsius Diss. de Hercule Saxsano, 68.

2. Cuperus legit: HLVDANIA, et observat hanc vocem ita scribi, ut Hludovicus, Hlotarius, et similia, idemque nomen fere totidem litteris exstare in inscriptione veteri, quae apud Noviomagenses servatur:

DIIS MANIBVS
C. IVLIO. CLAV
PVDENTI LVIDONIA
VET. LEG. X. G. P. G.

Imo ipse Muratorius in nostro titulo legit: HLVDONIA. Cf. Hagenbuch, in Miscell. Observat. Nov. t. X-XII. 375. Pocockius seiunxit literas: H. LVDANAE. Egregie autem hoc monumentum significare vinculum, quo Germanorum mythologia cum septentrionalium populorum religione est coniuncta, recte monuerunt cum alii, tum ipse Grim-

mius, D. M. 235. Satis enim superque docuit Thorlacius nomen hic prodire antiquae et germanicae deae Hlôthuniae. In Monumentis septentrionalibus terra mater dicitur Hlôdyn (Skâldskaparmâl, 178). Thor ipse dicitur Hlôdynjar, i. e. terrae filius (Voluspâ, 58). Hlôd *focum* significat, seu potius *altare*, et porro ipsum *territorium*. Sic et hodie Batavi illum, qui de patria pulsus peregrinas pervagatur regiones, *verwijderd van haardstede en altaren* dicunt. Nollem tamen cum Barthio nostram Hludanam cum Eddico numine Hulda comparare.

Aliam tamen in hoc nomine explicando viam nuper ingressus est Fiedlerus, qui (in Jahnii Jahrb. f. Philol. u. Paedagog. 1843, XXXVIII. 296, 306), Hludanam deam topicam habet tutelarem vici Lüddingen, in ditione Xantensi, non procul a loco, ubi repertus est lapis. Vellem tamen indicasset idem iam significavisse Cannegieterum nostratem, in Brittenb. 31. 4.

4. Variant in hoc nomine singuli fere editores praecipui. Medias literas non satis distingui posse monuit Cuperus, legens C. TVBBIVS, addiditque aliis scribi TVLLIVS. Hunc perperam lapidem descripsisse culpavit Cannegieterus, qui C. TREBIVS scribit. Pocockius vero in versu 4 et 5 legit:

C. TREPIVS V

EPVS

5. Hunc versum non habet Cuperus.

CL.

IARMOGIO
AVG. SAC
C. MARIVS
SEROTINVS
EX IVSSV.

Iarmogio Augusto sacrum. Caius Marius Serotinus ex iussu (posuit).

Ara a. 1827 ad oppidum St. Veit in Pannonia reperta, et in urbem Pettau translata.

Cf. Von Steinbüchel, Wiener Jahrb. 1829, XLV. Anz. 60. Orelli, Inscr. Lat. II. 451. 5072. Muchar, Gesch. d. Steiermark, I. 408, coll. I. 176. Seidl, Wiener Jahrb. 1845. CXI. Anz. 32.

1. Nonnulli Iarmogium celebrem fuisse divinatorem putant, et alterum vocabulum AVG*urem* denotare credunt. Melius tamen aliorum placet sententia, ignotum hic prodire numen topicum existimantium.

2. SAC. Cl. Muchar habet SACR.

CLI.

D . . . . . . RĀIVS
D. L. BASSVS
. . OITE. V. S.

Didius - - Didii libertus Bassus (Ib)oitae votum solvit.

Monumentum superiori saeculo ad finem vergente ad vicum Lambesc repertum, ibique in civis cuiusdam horto servatum.

Cf. Millin, Voyage, II. 188.

CLII.

. EX POMPEIVS
PROCVLI. L. TEOPIL
IBOITE. V. S. L. M.

(S)extus Pompeius Proculi libertus Theophilus Iboitae votum solvit lubens merito.

Monumentum repertum ac servatum ut praecedens.

Cf. Millin, Voyage, II. 189.

CLIII.

IBOITE. V. S. L.
M. AMOENA.
POMPEIAE L.

Iboitae votum solvit lubens merito Amoena, Pompeiae liberta.

Monumentum repertum ac servatum ut praecedens.

Cf. Millin, Voyage aux départ. du midi de la France, II. 189.

CLIV.

CN POMPEIVS
CN L HYLA
HERCVLI
ILVNNO ANDOSE
V. S. L. M.

Cneius Pompeius Cnei libertus Hyla Herculi, Ilunno (et) Andosae votum solvit libens merito.

Cf. Montfaucon, Antiq. expl. t. II. p. 1. p. 251. Millin, Mon. inéd. I. 98.

1. Millinus Montefalconium secutus Ilunnum cognomen Herculis esse putat, idque cohaerere cum Astoilunni nomine, supra nuncupato. Cf. p. 4. Votum (ita Montefalconius l. l.) mihi transmissum a. v. cl. de Caulet, in suprema Tolosatum curia praeside, singulare prorsus: stylobates est trium pedum uno minus pollice altitudine, latitudine vero unius pedis triumque pollicum spissitudine pedali. Herculis hic duobus nominibus et quidem localibus ut videtur coniungitur. Statuam suam Herculis Ilunni in loco cui Andosa nomen dedicavit Pompeius Hyla. Nihil tamen addidit vir celeberrimus, quod sententiae suae favere posse videatur.

3. In adverso monumenti latere similiter legitur:

DEVS
HERCVLIS
INVICTVS
SIGNVM
ARGENTEVM
PP XII DE SVA
PECVNIA FE
CIT

CLV.

DEO INTARABO
EX. IMPERIO. Q.
SOLIMARIVS.
BITVS. AEDEM. CVM. SVIS. ORNA
MENTIS. CONSA
CRAVIT. L. M.

Deo Intarabo ex imperio Quintus Solimarius Bitus aedem cum suis ornamentis consacravit lubenter merito.

Ara, a. 1619 in vetusta domo Romana Niersbachii in Treveris reperta.

Cf. Hontheim, Prodr. hist. Trevir. 186. Donati, Nov. Thes. Inscript. I. 69. 3. Orelli, Inscr. Lat. I. 354. 2015. Ladoucette, in Mémoires d. l. Société d. Antiq. de France, VII. Praef. 62. Steiner, Cod. Inscript. Rom. Rheni, II. 128. 907.

1. Ladoucettius scribit: INTABARO. Fiedlerus in Jahrb. f. Philol. u. Paedagog. 1843. XXXVIII, inter nomina indigenorum praeter Bibracten, Nehalenniam, alia, *deam* nuncupat *Intarabo.* At vereor ne illum in errorem induxerit vitium typographicum in Steineriani operis indice.

3. Solimarii nomen nullum aliud, quod sciam, retulit monumentum: index Steineri (Cod. Inscr. R. R. II. 238) minus recte eundem Solimarum vocat.

4. In Societatis Parisiensis editione verba CVM SVIS ORNAMENTIS haud occurrunt.

5. Steinerus legit: MIINTIS.

CLVI.

EIDEO IOVI
VICVS
DOLVCENS.
C V VITAL
PRES C . .

Eideo Iovi vicus Dolucensis.

Ara quadrata, in Ecclesia vici Halinghem in Provincia Gallica Pas-de-Calais, seposita.

Cf. Henry, Histoire du Boulonnais. Millin, Monuments inédits, I. De Givenchy, Notice sur quelques Monumens Celtiques, Romains et du Moyen-age, existans dans la Morinie, in Mém. d. l. Soc. d. Antiq. de la Morinie, II. III. 182.

Dolucensis forte nomen antiquius vici qui hodie dicitur Halinghem.

1. Millinus legendum putat ET DEO. At Givenchius αὐτόπτης qui egregiam monumenti dedit delineationem, distincte legi EIDEO affirmat, nec quidquam deësse in superiori arae parte. Doct. Henry hoc vocabulum vertit per *protecteur des moissons*, cum vocabulum celticum — Eid significet *blé*. Givenchius explicat: *Iupiter Idéen.*

5. PRESC. Millinus male PRISC.

CLVII.

LABVRO
EX VOT
SACR. M. MARCELL
FIL. ET
M. VIBIVS MARCELLVS
FF

Laburo ex voto sacrum. Marcus Marcellus filius et Marcus Vibius Marcellus fecerunt.

Ara, extra Labacum in Carniola reperta.

Cf. Muratori, Thes. 1986. 10. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2017.

CLVIII.

MARTI AVG.
LACAVO
SACRVM
ADGENTII
EX AERE COLLATO

Marti Augusto Lacavo sacrum. Adgentii ex aere collato (fecerunt).

Ara Nemausi detecta.

Cf. Kruse, Archiv. f. alte Geogr. Gesch. u. Alterth, II. 171. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2018.

GLIX.

LAHE
PRO SALVTE DOMINORVM
M. IVLIVS GEMINVS
V. S. L. M.

Lahae pro salute dominorum Marcus Iulius Geminus votum solvit lubens merito.

Ara Tolosae reperta.

Cf. Millin, Voyage, IV. 448. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2016.

1. On 'pourrait (ita Millinus) remplir ainsi ces sigles, LA*elius* HE*rennius*, si on ne lisait pas, à la quatrième ligne, le nom de Marcus Iulius Geminus, qui a consacré ce monument. D'après cela, on doit croire, que le mot Lahe désigne, comme Abellio, une divinité topique, c'est à dire, particulière à la contrée.

CLX.

LATOBIO
SAC
PRO SALVTE NA M
SABINIANI
ET IVLIAE BABILLAE
VINDONA MATER
V. S. L. L. M.

Latobio sacrum. Pro salute natorum Marci Sabiniani et Iuliae Babillae Vindona mater votum solvit laeta lubens merito.

Ara in coenobio S. Pauli in Carinthia reperta.

Cf. Muchar, des röm. Norikum, I. 304. Gruter. Thes. 87. 7.. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2019. Seidl, in Annalib. Vindob. (Wiener Jahrbücher der Literatur) 1845, CXI, Anz. 32.

1. Hunc Latobium Eichhornius (II. 67) Lotovicorum, qui inter Savam Sanamque, ubi hodie situm est oppidum Ratschach, tutelarem habet deum. Doct. Seidl ita titulum exhibet:

LATOBIO

AVG. SAC.

PRO SA LVTE

.. I
. . NAA SABINA

I
EI. IVLIAE. BASSILLAE

I
VNDONIA. VERA. MAT.

V. S. L. M.

CLXI.

LATOBIO
AVG. SAC.
L. CAESERNI
VS AVITVS
V. S. L. M.

Latobio augusto sacrum. Lucius Caesernius Avitus votum solvit lubens merito.

Titulus ad coenobium St. Pauli in Carinthia repertus.

Cf. Seidl, in Annal. Vindob. 1845. CXI. Anz. 32.

CLXII.

LEHERENNO
DOMESTICVS RVFI F
V. S. L. M.

Leherenno Domesticus Rufi filius votum solvit lubens merito.

Ara Convenis (St. Bertrand) reperta.

Cf. Gruterus, Thes. 1074. 6. Keysler, Antiq. Septentr. 275. Millin, Voyage, IV. 448. Martin, Réligion des Gaulois, II. 357. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2020.

1. Millinus hic legendum putat LAHERENNO, et hunc deum eundem existimat cum Thuringorum Lahran. Quae forte et Wynii nostratis fuit opinio, minus tamen recte illum LEHEVENNVM vocantis. Vid. Hist. Avondstonden, 42.

CLXIII.

LEHEREN
DEO
TERTVLLVS
V. S. L. M.

Leherenno Deo Tertullus votum solvit lubens merito.

Ara itidem Convenis reperta.

Cf. Martin, Rél. d. Gaul. II. 357.

CLXIV.

APOLINI LIVIO
CN. CORNELIVS
AQVILIVS NIGER
LEG. LEG. I. M. P. F.
ITEM PROCOS.
PROVINCIAE GAL
LIAE NARBONENSIS IT
SODALIS HADRIAN

Apollini Livio Cneius Cornelius Aquilius Niger, legatus legionis primae Minerviae piae fidelis, item proconsul provinciae Galliae Narbonensis, item sodalis Hadriani.

Inscriptio in muri quadrato lapide ad laevum latus Ecclesiae collegiatae in Bonnensi suburbio Dietkirchen reperta.

Cf. Eckhart, de Apoll. Grann. 8, et in Act. Erud. Lips. Suppl IX. 349. Huepsch, Epigrammat. 6. 12. Dorow, Denkmale I. 46 Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2021. Steiner, Cod. Insc. II. 79. 785.

1. Huepschius et Steinerus habent LIVIC.

5. Eckhartus et Huepschius: ITEM PROCONS.

8. Eckhartus legit SODALIS HADRIAN, quem secutus est Orellius. Apud Steinerum vero ex Huepschio legitur: HADRIANI.

„Livium, locus, exponi hic potest de oppido Lenne, quod Keyserswerdam inter et Ordingam in sinistra Rheni ripa iacet." Ita Eckhartus, quem sequitur Orellius.

CLXV.

LVXOVIO ET BRIXIAE *C. IVL.*
FIRMAN. *IVSSV. V. S. L. M.*

Luxovio et Brixiae Caius Iulius Firmanus, iussu votum solvit lubens merito.

Ara ad castellum Luxeu, antiquitus Luxovium, deinde Lossodium dictum, in Sequanorum regione eruta.

Cf. Caylus, Recueil d'Antiquités, III. 366. Orelli, Inscript. Lat. I. 355. 2024.

1. Brixiam refert Danvillius ad fluvium Breuchun (Brêche), atque oppida Breuche et Breuchette, haud procul a Luxovio sita. Ibidem a. 1755 erutum est monumentum (a nonnullis spurium habitum) cum hac inscriptione:

LIXOVII. THERM.
REPAR. LABIENVS.
IVSSV. IVL. CAES.
IMP.

Vid Caylus, l. l. 364 et Del. XCIX. At conferatur Ionae bobbiensis vita S. Columbani,

c. 17 (Act. Benedict. II. 12. 13): „cumque iam multorum monachorum societate densaretur, coepit cogitare, ut potiorem locum in eadem eremo (i. e. Vosego saltu) quaereret, quo monasterium construeret, invenitque castrum firmissimo munimine olim fuisse cultum, a supra dicto loco distans plus minus octo millibus, quam prisca tempora Luxovium nuncupabant, ibique aquae calidae cultu eximio constructae habebantur. Ibi *imaginum lapidearum* densitas vicina saltus densabat, quas cultu miserabili rituque profano vetusta Paganorum tempora honorabant." Similiter legimus in Vita S. Agili resbacensis (Act. Benedict. II. 317): „castrum namque intra vasta eremi septa, quae Vosagus dicitur, fuerat fanaticorum cultui olim dedicatum, sed tunc ad solum usque dirutum, quod huius saltus incolae, quamquam ignoto praesagio, Luxovium nominavere." Cf. Grimm, D. Myth. I. 73, 99. De Luxovii thermis cf. Rutilius apud Bégin, Metz depuis dix-huit Siècles, I. 199, qui non de deo Luxovio sed de dea Luxovia sermocinatur.

CLXVI.

MARTIAE
SACRVM
LEG. EX
VISV
T. C. L. F.
V. S. L. L. M

Martiae sacrum. Legatus, ex visu Titi Caii Legati filii, votum solvit laetus lubens merito.

Ara in terra Clivensi reperta.

Cf. Nachrichten üb. d. Cl. Alterth. 70. Fiedler, 234. Dorow, Denkmale, 103. Steiner, Cod. Inscr. R. II. 653. Lersch, Centralmus. II. 37. 32.

1. MARTI AE*quo* cuius mentionem facit Servius ad Virgil. Aeneid. VII. 540, hic aram dicari existimarunt eruditi. Lerschius vero Deam Romanam, forte Bellonam, Martiae nomine significari putat. Equidem illam ignotam existimo deam topicam, nomine ex Romanorum more mutilato.

CLXVII.

IN H. D. D.
DEO. MERCVR. MOCCO
L. MASCL. MASCVLVS ET
SEDATIA BLANDVLA
MATER
EX VOTO.

In honorem domus divinae. Deo Mercurio Mocco Lucius Masculi (filius) Masculus et Sedatia Blandula mater ex voto.

Ara in muro palatii episcopalis Lingonum in civitate reperta.

Cf. Reinesii Synt. 236. 266. Bimard, Proleg. in Murat. 51. Maduhelius, in Hist. de l'Acad. d. Inscript. IX. 5. 144. Saxii, Miscell. I. 11. Orelli, Inscr. Lat. 1. 287. 1407.

4. 5. Coniuncti sunt hi versus apud Reinesium, qui legit MATER I. EX VOTO, i. e. *mater, iusserunt ex voto.*

CLXVIII.

DEO.
MOGONTI CAD.
ET N. D N. AVG.
M. G. SECVNDINVS
BF. COS HABITA
NCI PRIMAS TA . . .
PRO SE ET SVIS PoS.

Deo Mogonti Cadenorum et numini domini nostri Augusti. Secundinus beneficiarius consulis Habitanci primas tabulariorum pro se et suis posuit.

Titulus Resinghami in Anglia detectus.

Cf. Cambden, Britannia, 340. Gordon, Iter Septentr. 98. Horsley, Brit. Rom. 19. 27. LXXX. Schoepflin, Alsat. illustr. 1. 462. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2026.

1. Deëst in Horsleii opere.

1-3. Versus ita distinxit Orellius:

DEO MOGONTI
CAD. ET N. D. N. AVG.

3. Horsleius habet: ET. N. D. N. AVG.

4. Literae ND et IN in inscriptione sunt coniunctae.

6. NCI PRIMAS TA . . . Ita Orellius. Horsleius vero legit: NCI PRIMA STA, et explicat *prima statione*.

7. POS. Ita Horsleius: Orellius aliique plenius: POSVIT.

CLXIX.

DEO
MOGTI

Deo Mogonti.

Lapis votivus itidem Resinghami repertus.

Cf, Horsley, Britannia Romana, 192. 46. LIII.

CLXX.

DEO
MOGON
VITIRE FLAV
ITE SECVND
V. S. L. M.

Deo Mogonti, vitae restitutori Flavius, item Secundinus votum solverunt lubenter merito.

Ara item Resinghami reperta.

Cf. Horsley, Brit. Rom. 192. 45. XLVII.

CLXXI.

DEO MOGONT.
VITAE REST.

Deo Mogonti, vitae restitutori.

Lapis votivus itidem Resinghani repertus.

Cf. Gordon, Iter Septentr. 98. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 462.

CLXXII.

DEO
MOVNO CAD
INVENTVS DO
V. S.

Deo Mouno Cadenorum Inventus dominus votum solvit.

Ara itidem Resinghami reperta.

Cf. Cambden, Brit. 340. Schoepflin, Alsat. illustr. 1. 462. Horsley, Brit. Rom. 235. Bimard, Proleg. in Murat. 59. Orelli, Inscr. Lat. I. 356. 2027.

2. Cambdenus habet NOVNO.

CLXXIII.

TI. CL. PROFESSVS NIGER OMNIBVS HONORIBVS APVD AEDVOS ET LINGONAS FVNCTVS DEO MORITASGO PORTICVM TESTAMENTO PONI IVSSIT SVO NOMINE ET IVLIAE VIRGVLINAE VXORIS ET FILIARVM CLAVDIAE PROFESSAE ET IVLIANAE VIRGVLAE.

Tiberius Claudius Professus Niger, omnibus honoribus apud Aeduos et Lingonas functus, Deo Moritasgo porticum testamento poni iussit suo nomine et Iuliae Virgulinae, uxoris, et filiarum, Claudiae Professae et Iulianae Virgulae.

Ara d. 10 Decembr. a. 1652 ad oppidum St. Reine d'Alise reperta, dein Divodurum translata.

Cf. Spon, Miscell. 109. Ignot. deor. ar. 65. Reinesius, Synt. 189. 176. Epist. ad Rupertum et Hoffmannum, 683. Cellarii Not. Orb.

Antiq. I. 171. Fleetwood, Inscript. Antiq. Syllab. 37. Lempereur, Diss. s. div. sujets d'Antiq. 5. Bouquet, Script. Rer. Gall. I. 130. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 367. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 71. D'Anville et Belley, Eclairciss. géogr. s. l'anc. Gaule, 494. Millin, Voyage aux dép. du Midi d. l. France, I. 207. Orelli, Insc. Lat. I. 356. 2028.

1. Non omnes eadem ratione hanc retulerunt celeberrimam inscriptionem editores. Schoepflinus tres priores tantum habet versus, quatuor versibus distinctos; Millinus titulum ita profert:

TI. CL. PROFESSVS. NIGER. OMNIBVS.
HONORIBVS. APVD. AEDVOS. ET.
LINGONAS. FVNCTVS. DEO. MORITASGO.
PORTICVM. TESTAMENTO. PONI.
IVSSIT. SVO. NOMINE. ET. IVLIAE.
VIRGVLINAE. VXORIS. ET. FILIARVM.
CLAVDIAE. PROFESSAE. ET. IVLIANAE. VIRGVLAE.

3. 4. PORTICVM-IVLIAE. Coniuncti sunt hi versus apud Orellium.

4. NOMINE ET IVLIAE. Orellius tantum: NOMINE IVLIAE.

5. Reinesius tantum CL. PROFESSAE. Moritasgum e Caesaris Commentariis (B. G. V. 54) cognovimus. Huius in Galliam adventu apud Senonas in auctoritate fuit, eiusque maiores in eosdem regnum obtinuerunt: Cavarinus, Moritasgi frater, a Caesare rex ibidem constitutus. Principem vero deinceps populus divinis honoribus prosecutus esse videtur. Cf. et Mémoires de l'Académie d. Inscript. I. 459.

CLXXIV.

DEAE
NARIAE
REG. ARVRE
CVR. FEROC. L.

Deae Nariae regionis Arurenci (incolae) curante Feroce liberto.

Lapis a. 1832 Muri prope Bernam urbem inventus.

Cf. Haller, in Allg. Schweizer-Zeitung, 1832, no. 69. Orelli, Ind. Lect. Turic. a. 1838, p. 56. Orelli. Inscr. Helvet. 187. 235.

3. REG. *Reginam* explicat Hallerus, dissentiente Orellio.

ARVRE. Cf. haec inscriptio Aventicensis:

IN HONOREM DOMVS DIVINAE
NAVTAE ARVRANCI
ARAMICI
SCHOLAM DE SVO INSTRVXERVNT
L. D. D. D.

Vid. Orelli, Inscr. Helvet. 170. 174.

CLXXV.

NARIAE
NOVSAN
TIAE
T. FRONTINIVS
HIBERNVS
V. S L M

Nariae Nousantiae Titus Frontinius Hibernus votum solvit lubens merito.

Lapis repertus in oppido Neuveville ad lacum Biennensem, haud procul a Noidenolice (Neufchatel). Nostrum textum cum Orellio communicavit cl. Matil.

Cf. Nouvell. Vaud. 16 Déc. 1838. Orelli, Inscript. Lat. II. 435. 5031. Inscript. Helvet. 167. 166.

1. Suspicatus est Orellius, hic legi debere HARIASAE, titulumque dicatum eidem deae, quae supra p. 96 allata.

3. Vetus textus ap. Orellium: TIAL.

4. In alio typo Orellio oblato tantum exhibetur T. FRONTIN. Vetus textus habuit TERONTINVS: quod facilius emendavit Orellius ob aliam inscriptionem ibidem simul repertam:

MARTI
SACRVM
T. FRONTINIVS.
GENIALIS
V. S. L. M.

5. Vetus textus habet NIBERNVS, quod forte significaret: *natione Hibernus.*

6. Legebatur in veteri textu: V. SIM.

CLXXVI.

DEAE
N E H A L E N N I A E
I
FLETTVSGENNALONIS
PRO. SE. ET. SVIS
V. S. L. M

Deae Nehalenniae Flettius Gennalonis pro se et suis votum solvit lubens merito.

Ara a. 1647 Domburgi reperta.

Cf. Vredii Hist. Comit. Flandr. L. II. n. 11. Danckerts, Affbeeldinge van de over oude Rariteyten aan de strandt omtrent Domburch gevonden, tab. 2. Lotichii Theatr. Europ. t. V. Spon, Miscell. erud. Antiq. 110. 90. 9. Keysler, Antiq. Sept. 242. Reinesii Syntagma, Cl. I. 191. 184. Hessel. Praef. ad Gudii Inscr. Ant. P. H. Tydeman, O. W. en N. Myth. (Neom. 1842). 394. Janssen, de Rom. beelden en Gedenkteek. v. Zeel. 38-41. tab. VII. 15.

1. Deëst in Sponii editione.

3. Litera I in Flettii nomine, ut solet, literae T alteri est superposita. Van Someren habet FLE TRVS, van Leeuwen FLETVS, quem secutus est Sponius, uti et Reinesius. Pro GENNALONIS nonnulli ANNALONIS; van Leeuwen GENNALONIVS, cum Boxhornio: Sponius AENNALONIS, e Reinesii editione. Caeterum de deae Nehalenniae natura, nomine, cultu multa hic proferre non lubet: quod si rite facere vellemus, compendii limites praeter modulum transgrederemur. Multi sane scriptores de hac dea sunt commentati, quorum praecipuos sive ad singulos attuli titulos, seu ex Ianssenii et Dresselhusii doctis dissertationibus cognoscat harum rerum scrutator. Nuncupandi prae caeteris: M. Z. Boxhorn, Bediedinghe van de afgodinne Nehalennia, ontdeckt op het Strandt van Walcheren. L. B. 1647. Vraagen voorgesteld aan M. Z. van Boxhorn over de godinne Nehalennia. LB. 1647. Antwoord op de vraagen hem voorgestelt, in welcke de ghemeine herkomste van der Grieken, Romeynen en Duytschen tale uit den Scythen word bewesen. Van M. Z. Boxhorn. L. B. 1647. N. Blancardi, discept. de dea Nehalennia, in Lydii Belg. Glor. Dordr. 1668, et Burmanni Syll. Epist. a vir. il-

lustr. script. II. 664. CCCLXXIX. J. G. Keysler, Exercitatio de dea Nehalennia, numine veterum Walachrorum topico. Cell. 1717, recusa in Antiq. Septentr. et Celtic. loco mox laudando. M. Gargon, Walchersche Arcadia. L. B. 1746. Hesselius in Appendice Praef. ad Gudii Inscr. Antiq. Leov. 1731, quae foliorum indicatione caret. De Chasteler, Mémoire sur la Déesse Nehalennia, in Mém. de l'Acad. de Bruxelles, V. 70, quae Commentatio tribus paginis est absoluta. W. C. H. van Lijnden van Blitterwijk, Verhand. ov. d. Godin Nehalennia 1796. T. Speeleveldt, Brieven over het eiland Walcheren. H. C. 1808. C. Pougens, Doutes et Conjectures s. l. déesse Néhalennia. Par. 1810. D. J. van Lennep et Jac. Scheltema, Versl. v. e. verhand. van de Godin Nehalennia van W. Bilderdijk, Amst. 1812, Operibus Instituti Regii Belgici cl. secundae inserta. Cf. et Verslagen der Tw. Kl. v. h. Kon. Ned. Instit. 1816. 21, et 1824. 13, ubi nonnulla reperies, quae ad Henr. Cannegieteri in Nehalenniana monumenta curas pertinent. Omnibus hisce vero palmam praeripiunt cum J. ab Utrecht Dresselhuis, De Godsdienstleer der aloude Zeelanders, Mediob. 1845, tum inprimis L. J. F. Janssen, de Romeinsche Beelden en Gedenksteenen van Zeeland, Mediob. 1845, egregiis additis monumentorum imaginibus. Cf. porro e scriptoribus Germanis: Mone, Gesch. d. Heidenth. i. nördl. Europa, II. 346. Schreiber, die Fëen in Europa (Frib. 1842) 65. Chassot von Florencourt, Beyträge zur Kunde alter Götter-

verehrung, (Trev. 1842) 14, 31. Grimm, Deutsche Mythologie, I. 236. 390. 456. Mueller, Geschichte und System d. altd. Relig. (Goett. 1845), 91, 92, 255.

CLXXVII.

NEHALENIAE
L. IVSTIVS. SATTO. ET
IN
L. SECVNDIVS. MODERATVS
FRATRES. V. S. L. M.

Nehaleniae Lucius Iustius Satto et Lucius Secundinius Moderatus, fratres, votum solverunt lubentes merito.

Ara a. 1647 Domburgi reperta.

Cf. Boxhorn, Bediedinghe, Reines. Syntagm. I. 191. 182. Keysler, Antiq. Septentr. 243. Spon, Miscell. erud. Antiq. 110. 90. 2. Hesselius, Praef. ad Gudii Inscript. Did. Janssen, R. Beeld. en Ged. 41-45. tab. VIII. 16.

1. Alii minus recte: NEHALENNIAE. Reinesius: DEAE NEHALENNIAE.

2. Van Leeuwen: IVSTVS. Spon habet STATTO, uti et Hesselius. Iidem vocem ET separato distinguunt versu.

3. Boxhorn et van Leeuwen habent SECVNDVS, Lotichius, Hesselius et Sponius SECVNDIVS. Neque Reinesius huius versus initio nomen habet L.

4. Duobus versibus hunc distinxit Reinesius.

CLXXVIII.

DEAE
NEHALENNIAE
SEXT. NERTOMA
RIVS NERTONiVS
V. S. L. L. M

Deae Nehalenniae Sextus Nertomarius Nertonius votum solvit laetus lubens merito.

Ara, Domburgi a. 1647 reperta.

Cf. Reines. Syntagm. I. 191. 183. Vredii Hist. C. Fl. LI. 7. Danckerts, Afbeeld. tab. 3. Keysler, Antiq. Septentr. 241. Lotichius, Theatr. Europ. V. 1298. Spon, Miscell. erud. Antiq. 110. 90. 2. Hess. Praef. ad Gud. Janssen, R. B. en Ged. 45-47.

Sponius habet:

DEAE NEHALENNIAE
SEX. NERTOMARIVS
NERTONVS
V. S. L. M.

Hesselius vero ex Reinesio:

DEAE NEHALENNIAE
SEXT. NERTOMARIVS NER
TONVS
V. S. L. M.

3. Dresselhusius, l. l. 77, tantum: ERTOMARIVS.
4. Et Vredius legit: NERTONVS.
5. Keysler habet: V. S. L. M, praeëunte Vredio.

CLXXIX.

DEAE NEHA . . N . .
A M . . . N . . . . .
IMIV . I I . . . .
M

Deae Nehalenniae - - - - - merito.

Ara Domburgi a. 1647 reperta. Minus recte hanc non amplius exstare docuit Keyslerus.

Cf. Vredii H. C. Fl. LII. 12. Keysler, Antiq. Sept. 242. Janssen, R. B. en Ged. 48-49. tab. X. 18.

2. Cannegieterus legit AIN, Danckerts habet AVNFONN; Janssen ACM; Keysler, NIAE N. N.

3. Apud Vredium et Cannegieterum: IME. Vredius legit:

DEAE NEHALEN
NIAE N N
IME
V. S. L. M.

CLXXX.

NEHALEN

Fuit olim inscriptio sub Nehalenniae imagine Domburgi reperta, teste Vredio. Hodie vero inferior monumenti pars prorsus est sublata. In Danckertsii tabulis legitur:

. . ALENN : . S
C C I I O

Schuylenburgii denique delineatio haec habet:

. . ALEN . .
. . . . I I Ɔ Ɔ

Cf. Vredius, Hist. C. Fl. LI, n. 9. Danckerts, Afb. n. 7. Janssen, Rom. B. en Ged. 50-52.

CLXXXI.

NEIH A LE
..IM INI
M

Neihalenniae - - - (votum solvit lubens) merito.

Cf. Cannegieter, de gemma Bentinckiana, caet. T. a. R. 1764. Dresselhuis, Godsd. d. al. Zeeland. 80. Janssen, R. B. en Ged. 55-57. tab. X. 20.

1. Cannegieterus haec habet:

E E NALEN
NIE
M

Literas tamen supra indicatas ex egregia Ianssenii delineatione satis distincte cognoscere licet. Dresselhusius legit:

NEIHALI
EX. IM INI
M

Minus recte tamen eundem haec explicare: *Matronis Neihalinis ex imperio - -* alibi significavi. Cf. meum opusculum: de Moedergodinnen (L. B. 1846), XCIV.

CLXXXII.

DEAE
NEHALAEN

Haec verba ex fragmentis in Ecclesia Domburgensi inventis restituit doct. Janssen.

Cf. Janssen, Rom. B. en Ged. in Zeel. 85. Tab. XI. 35.

CLXXXIII.

DEAE NEHALEE
ERIATTIVS IVCVN
DI PRO SE ET SVIS
V. S. L. M.

Deae Nehaleae Eriattius Iucundi (filius) pro se et suis votum solvit lubens merito.

Ara Tuitii (Deutz) reperta, hodie vero incerto loco abscondita. Schreiberus eam ad Zelandica refert monumenta.

Cf. Gelen. de Magnit. Colon. 384. Gruter. Thes. 89 1. Keysler, Antiq. Septentr. 266. Martin, Rél. d. Gaul. II. 83. Aldenbrueck, de rel. Ub. 47. Hessel. Praef. ad. Gud. App. Huepsch, Epigramm. I. 10. 27. Steiner, Cod. Inscr. Rh. I. 901. Haeffelin, in Act. Acad. Palat. V. 77. Janssen, Rom. B. en Ged. 100-102. Schreiber, Feën in Europa, 64.

1. NEHALEE. Ita Gelenius: NEHAEE Buchelius et Gruterus. NEHAE Martinus. NEHALEN Huepschius. Imo NEHALENNIAE Blancardus.

2. PRIATTIVS. Ita Buchelius ap. Keyslerum et in not. Mss. ad Smetium. Gudius in hoc Coloniensi lapide levi mutatione (?) restitui posse integrum deae nomen scribit, Tiumque nomen frisicum viri habet:

DEAE. NEHALE
NNIAE. TIVS. IVCVN
DI. PRO. SE. ET. SVIS
V. S. L. M.

Dresselhusius corrigi iubet:

DEAE NEHALENI
AE RIATTIVS

9.

CLXXXIV.

DEAE
NEHALENI
AE T. FLA . I
FORTVNAT
LIB
PRIMITIVS
V S L M

Deae Nehaleniae Titus Flavius, Fortunati libertus, Primitius, votum solvit lubens merito.

Ara a. 1647 Domburgi reperta, hodieque Musei Antiquarii Lugduno-Batavi ornamentum.

Cf. Oudendorp, Leg. Papenbr. descript. 11, 12. Pougens, Doutes et Conjectures, 6. 4. Janssen, Mus. Lugd. Bat. Inscr. Gr. et Lat. 88-89. tab. XIII. 5. Gr. Rom. en Etr. Monum. I. 31. 244. Rom. B. en Ged. 84. tab. XVIII. 34.

3. Pougens habet: AE T. FLAVI.

4. Idem legit FORTVNAT.

CLXXXV.

DEAE
NEHALAENNIAE
L. FESTIVS
PRIMVS V S. L. M

Deae Nehalaenniae Lucius Festius Primus votum solvit lubens merito.

Ara Domburgi a. 1647 reperta.

Cf. Vredius, Hist. Com. Fl. Keysler, Antiq. Septentr. 244. Reines. Synt. 190. 179. Spon. Miscell. erud. Antiq. 120. 90. 7. Hess. Praef. ad Gud. Janssen, Rom. B. en Gedenkst. 73. 74. tab. XVII. 30.

2. Keysler habet cum Sponio et Reinesio: NEHALENNIAE.

3. L. Sponius I, ex Reinesio. Hic legendum putat pro FESTIVS TESTIVS vel ANTESTIVS.

CLXXXVI.

DEAE
NEHALENNIAE
DACINVS LIFFIONIS
FILIVS V. S. L. M

Deae Nehalenniae Dacinus, Liffionis filius, votum solvit lubens merito.

Ara a. 1647 Domburgi reperta, hodieque in castello Ilpenstein Ilpendami servata. Male Koningius hoc monumentum a. 1622 in Hollandia Septentrionali detectum esse tradit.

Cf. Vredius, Hist. Com. Fl. LI. 4. Keysler, Antiq. Septentr. 247 Martin, R. d. G. II. 78. Hess. Praef. ad. Gud. App. Spon, Miscell. erud. Antiq. 110. 90. 6. Reinesius, Synt. 190. 188. Engelberts, Al. St. d. Ned. III. 126. Pougens, Doutes et Conjectures, 6. 2. Van Enst Koning, het huis te Ilpendam, 5, 6. Janssen, Rom. B. en Ged. 72 73. tab. XVI. 29.

1. 2. Hi versus coniuncti exstant apud Keyslerum et Pougensium.

CLXXXVII.

DEAE NEHA
LENNIAE
T. CALVISIVS
SECVNDINVS
OB MELIORES ACTVS

Deae Nehalenniae Titus Calvisius Secundinus ob meliores actus.

Ara Domburgi reperta hodieque Bruxellis servata. A. 1792 cum aliis artis veteris monumentis Parisios transvecta fuit, a. vero 1815 Belgis est redditum. Utinam aliquando ad pristinos redeat Lares!

Cf. Du Chasteler, in Mém. de l'Académie de Bruxell. V. 73. Mem. d. l'Acad. Celt. I. tab. 6. Pougens, Doutes et Conjectures, 7. 6. Lenoir, Mus. Fr. I. 137. tab. III. 6. Orelli, Inscript. Lat. I. 356. 2030. Schayes, Pays-Bas, II. 269. Janssen, Rom. B. en Ged. 67-72. tab. XV. 28.

1. 2. Coniuncti sunt hi versus apud Du Chasteler, qui scribit NEHALLENNIAE. Schayes habet: DEAE NEHALENNIAE S.

3. 4. Cf. inscriptio quae Mediolani olim exstabat in lupanari publico, apud Gruterum, 49. 2:

HERCVLI
IN. PETRA. SACR.
C. CALVISIVS
SECVNDINVS
VI VIR IVN. DECVR
ITEM Q. ARAM
V. S. L. M.

Du Chasteler versu 3 habet F. CALVISIVS, Schayes: CALVIVS.

5. Additur apud Du Chasteler V. S. Dresselhusius vero hoc versu legendum putat OB MELIORES ACT*us* V*otum* S*olvit*.

CLXXXVIII.

DEAE NEHALENNIAE
OB MERCES RECTE CONSER
VATAS M. SECVND. SILVANVS
NEGOTTOR CRETARIVS
BRITANNICIANVS
V. S. L. M.

Deae Nehalenniae ob merces recte conservatas Marcus Secundinius Silvanus, negotiator cretarius Britannicianus, votum solvit lubens merito.

Monumentum a. 1647 Westcapellae repertum.

Cf. Vredii Hist. Com. Fl. LIII. 21. Gudius, Inscript. Antiq. Praef. App. Aldenbrueck, de rel. Ub. 50. Spon, Miscell. 110. 90. 1. Reines Syntagm. 190. 177. Epist. ad Daum. 166. Epist. ad Rupert. 300. Martin, Rél. d. Gaul. II. 98. Otto, de tut. viar. 82. Pougens, Doutes et Conjectures, 5. Speeleveldt, Br. ov. h. oil. Walch. 115. Schayes, Pays-Bas, II. 268. Janssen, Rom. B. en Ged. 75-83. tab X. I. 32.

2. Monumenti effigies docet, sculptorem post vocabulum OB iamiam alteram literam O duxisse, consilium tamen tempore adhuc utili mutasse. Forte scribere OB OPES habuit in animo. Pro RECTE Sponius habet RITE, ex Reinesio: Vredius vero RECF. At literae T et E sunt copulatae, uti etiam M. et E. Caeterum nomen SECVND Dresselhusio significat *Secundanus.*

3. Supra literam N in voce SECVND minor lapidi infixa est literula A. Litera M (*Marcus*) non exstat in Keysleri et Martinii editione. Perperam Blancardus (Syll. Epist. Burm. II. 648) SECVNDO.

4. Sponius aliique: NEGOTTOR. Blancardus NEGOTOR.

5. N. R. F. T. ANNICIANVS. Ita Blancardus.

6. Apud Ottonem legimus: V. S. T. M. Nescio equidem, unde sua petiverit Schayes, titulum sic referens:

DEAE
NEHELLENIAE
OB MERCES RECTE CONSERVATAS
SECVNDVS SYLVANVS
NEGOCIATOR CRETA
RIVS VOTVM SOLVIT.

Ne unum quidem versum in his recte esse compositum, quisque videt.

CLXXXIX.

DEAE
NEHALENNI.
SVMARONIM
PRIMANIVS
V. S. L. M.

Deae Nehalenniae Sumaronimus Primanius votum solvit lubens merito.

Ara a. 1647 Domburgi reperta.

Cf. Danckerts, Afbeeld. tab. II. Aldenbrueck, Rel. Ubior. 48. Spon, Miscell. erud. Ant. 110. 90. 4. Reinesius, Synt. 190. 180. Vredius, Hist. Comit. Fl. Keysler, Antiq. Sept. 245. Janssen, Rom. B. en Ged. 84. tab. XVII. 35.

1. 2. Inter hos versus minores leguntur literulae: ICDVMI.

2. Nonnullae ex veteribus editionibus etiam syllabam proferunt finalem AE.

3. Keysler habet cum Reinesio et Vredio: SVMARONIVS, Boxhornius SVMMARONVS. Sponius SVMMARIONIVS. Nota porro insignem Aldenbrueckii errorem legentis: SVM MATRONIS, et hanc aram *Nehalenniae summae* et *Matronis* dicatam suspicantis.

4. Reinesius et Aldenbrueckius habent: PRIMANVS.

CXC.

IN H D D D.
NEHALENNIAE
M. SATVRNNIVS
LVPVLVS IIIIII VIR
AVG. PRO. SE. ET
SVIS. V. S. L. L. M.

In honorem domus divinae. Deae Nehalenniae Marcus Saturn(i)nius Lupulus, sevir augustalis, pro se et suis, votum solvit laetus lubens merito.

Ara, quae a. 1776 (a. 1376 apud Steinerium typothetae tribuo) prope urbem Deutz reperta esse dicitur, quamque ex codice Coloniensi nuper iterum edidit Lerschius, vir doctissimus.

Cf. Materialiën z. geist- u. weltl. Statist. d. niederrh. Kreises, p. VIII. Gerken, Reisen, III. 337. Huepsch, Epigramm. 9. 25. Steiner, Cod. Inscr. Rh. II. 126. 900. Lersch, Centralmus. I. 20. Osann, Zeits. f. Altherth. 1841, n. 119. De Wal, Oudheidk. Kleinigh. in Alg. K. en Letterbode, 1844, n. 7. Dresselhuis, Godsdl. d. o. Zeel. 159. Janssen, Rom. B. en Gedenkst. 97-100.

3. SATVRNNIVS. Priori literae N superscribendum esse I censet Janssenus.

4. LVPVLVS. Nonnulli EPVLVS.
6. Male Dresselhusius: SVIS V. S. L. M.

CXCI.

DEAE NEHALENNIE
SERVATVS
THERONIS FILIV
V. S. L. M.

Deae Nehalenniae Servatus, Theronis filius, votum solvit lubens merito.

Ara Domburgi a. 1647 reperta.

Cf. Smallegange, Chr. v. Zeel. Goeree, Kerkel. en Wereldl. Gesch. 154. Keysler, Antiq. Septentr. 248. Spon, Miscell. erud. Antiq. 110. 90. 3. Janssen, R. B. en Ged. 62, 63. tab. XIV. 25.

1. Keysler habet NEHALENNIAE. Spon: NEHALENIAE.

2. Hoc versu Keyslerus: SERVATVS THERONIS.

3. Ultima litera S olim adhuc legebatur: hodie vero pars lapidis abscissa est.

4. Inter literas S et L sculptae sunt literae multo minores D. R. S. Ik weet (ita Janssen, l. l.) deze niet met het opschrift in verband te brengen: zij schijnen van eene andere hand afkomstig, als die het overige gebeiteld heeft. Het kunnen de voorletters van een naam zijn. Wanneer men er eene Romeinsche verkorting in te zoeken had, zou men D*eae* RES*picienti* lezen kunnen, een titel van Fortuna, voor welke een vlugtig bezoeker des beelds deze Nehalennia kon gehouden hebben. Dresselhusius vero, l. l. 82

has literas forte nomen sculptoris significare putat. Potius existimaverim artificem forte oblitum fuisse moniti Servati, iubentis expresse notari, illam aram *de re sua* posuisse: quod alia dein addidisse videtur manus.

CXCII.

DEAE
. EHALEN . . . .

Deae Nehalenniae -

Ara Domburgi reperta.

Cf. Vredii Hist. Com. Fl. LII. 13. Janssen, Rom. B. en Ged. 59, 60. tab. XII. 22.

Vredius legit:

DEAE
NEHALENNIAE.

CXCIII.

DEAE
NEHALENNIAE
AMMACIVS
HVCDIONIS L M

Deae Nehalenniae Ammacius Hucdionis (sc. filius votum solvit) lubens merito.

Ara Domburgi reperta, in Museo Antiquario Lugduno-Batavo servata.

Cf. Oudendorpii Mus. Papenb. 12. 10. Maffei, Mus. Veron. 449. 3. Pougens, Doutes et Conjectures, 6. 5. Janssen, Mus. Lugd. Bat. Inscr. Gr. et Lat. 87-89. tab. XIII. 4. Rom. B. en Ged. 66-67. tab. XV. 27.

4. Inscriptionis versum 4 Oudendorpius legit: HVCDION I. S. L. M., suspicatus literam I ante S mutandam esse in V, unde Hucdion non patris nomen, sed Ammacii cognomen exsisteret, cui (recte, me iudice) calculum adiicere noluit doct. Janssen. Huic tamen neque equidem suffragari ausim, quartum hunc versum explicanti HVCDIONIS Filius Lubens Merito. Literae enim F in monumento egregie servato nullum apparet vestigium.

CXCIV.

DEAE NEHALENN
AE. IANVARINVS
AMBACTHIVS. PRo
SE. ET. SVIS. V. R. L. M

Deae Nehalenniae Ianuarinius Ambacthius, pro se et suis, votum retulit lubens merito.

Ara a. 1647 Domburgi reperta.

Cf. Blancardi ad Lyd. Mil. Glor. 249. Keysler, Antiq. Septentr. 249. Smallegange, Chr. v. Zeel. 674. Gargön, Walchersche Arcadia, II. 321. van Wijn, Hist. Avondst. I. 33. Pougens, Doutes et Conject. 6. Janssen, Rom. B. en Gedenkt. 63-66. tab. XIV. 26.

1. Literae NE et NI versu primo, NI in versu secundo, TE in versu quarto sunt coniunctae. Male igitur olim legebatur: IANVARINVS. Nec melius cum Blancardo Keyslerus edidit; IANVARIVS.

3. Apud Broelmannum (Specileg. tab. III. 33) fragmentum tituli Trevirensis occurrit:

MARIANVS AMBACTVS
STIP. XXII.

CXCV.

. EAE
. . . . ENNIAE
Q . . . . BANIVS
. . . . . CIO IV
. V . . . .
V . . .

Deae Nehalenniae Quintus Libanius (Sene)cio votum solvit lubens merito.

Titulus Domburgi repertus.

Cf. Danckerts, Afb. n. 8. Janssen, R. B. en Ged. 57-59. tab. XII. 21.

CXCVI.

D. N.

M. ASSONvS AELIV. Q B

Deae Nehalenniae. Marcus Assonius Aelius, quaestor, beneficiarius (consulis).

Inscriptiones monumenti Domburgensis, prior in prora navis, altera in basi statuae.

Cf. Keysler, Antiq. Sept. 239. Vredii Hist. Com. Fl. LI. 5. Martin, R. d. G. II. 78. Janssen, Rom. B. en Ged. 15. tab. IV. 8 b, c.

1. D. N. In imagine apud Keyslerum legitur DE N, in textu DEAE N: utrumque minus recte. Suspicabantur nonnulli has literas significare *Deo Neptuno*, quem errorem merito profligavit doct. Janssen.

2. Keysleri imago habet: MASSOM SALVS. R. B. Martinii MASSOM SAEVS Q. B. Literae ELI sunt coniunctae.

CXCVII.

DEAE NEHA
LENNIAE. M
HITARINIV
PRIMVS EX VOT
SVSCEPTO L M

Deae Nehalenniae Marcus Hitarinius Primus ex voto suscepto lubens merito.

Ara Domburgi a. 1647 reperta.

Cf. Vredius, Hist. Com. Flandr. LII. n. 17. Danckerts, Afbeeld. tab. 9. Keysler, Antiq. Sept. 245. Janssen, Rom. B. en Ged. 61. tab. XIII. 23.

1. Literae NE in versu primo, NI in tertio, et IM in quarto in lapide sunt coniunctae. Vredius legit v. 1 et 2:

DEAE
NEHALENNIAE.

3. Keyslerus ex Vredio habet: M. TARINVS, uti et Blancardus (Syll. Epist. Burm. II. 648), cui deëst vocabulum PRIMVS.

4. Nonnulli: EX VOTO. Hodie vero litera ultima plane est deleta.

CXCVIII.

. . . . . E . . LE
NIAE C. EXOM
NIANIVS. VERVS
D. D.

Deae Nehalenniae Caius Exomnianius Verus dat dicat.

Ara Domburgi reperta.

Cf. Spon, Miscell. 110. 90. 5. Vredius, Hist. Com. Fl. LI. 6. Reines. Inscript. Syntagm. I. 191. 181. Keysler, Antiquit. Septentr. 240. Dresselhuis, Godsdienstl. d. al. Zeel. 81. Janssen, R. B. en Ged. 61. tab. XIII. 24.

1. Sponius: NEHALEN. Reinesius: D . . . . . NE . . . . . Keysler plenius: DEAE NEHALLEN.
3. Reinesius: NIANVS.

CXCIX.

DEAE
NEHALENNIAE
ASCATTINIVS
RASVCO
V. S. L. M.

Deae Nehalenniae Ascattinius Rasuco votum solvit lubens merito.

Inscriptio haec exstitisse dicitur in basi columnae, quae transmissa ex Zelandia hac in urbe asservasse fertur Hadrianus Relandus.

Cf. Keysler, Antiq. Septentr. 250.

CC.

D. M.
BARO MANSVETI F. QVARTANA MATERN. FIL.
AVNCIO. PIISSIMO.
DEO. NEM.
X. TITVLLVS PERSEVS. HOROLOGIVM. ET.
CERVLAS II ARGENTEAS. T. P.

Dis Manibus Baro Mansueti filius, (et) Quartana Materni filia, Auncio piissimo. Deo Nemauso, Decimus Titullus Perseus horologium et cerulas duas argenteas tradit posuit.

Monumentum Nemausi repertum.

Cf. d'Albénas, Antiq. de Nismes, c. 27. Deyron, des Antiquités de l. Ville de Nismes (Nismes 1663), 85. Fleetwood, Syll. Inscr. Antiq. 51. Smetii, Inscript. Antiq. 51. Spon, Miscell. erud. Antiq. 111. Orellii, Inscr. Lat. I. 356. 2032.

1-3. Haec non habet Orellius: Deyronus vero illa cum iis quae sequuntur coniuncta fuisse docuit.
4. 5. Alii versus sic distribuunt:

DEO NEM. X. TITVLLVS PERSEVS
HOROLOGIVM ET CERVLAS
ARGENTEAS II T. P.

4. Nonnulli hic Deum *Nemestrinum* nuncupatum putant, cuius mentionem fecit Arnobius, Adv. Gent. IV. 7, sive Deum *Nemorensem*.

CCI.

. . . . EO. SILVANO. ET. LIBERO.
PATRI VET. NEMAVSO. V.
. . . . REHVS SINODI

Bono Deo Silvano et Libero patri veteri (et) Nemauso vovit — rehus Sinodi filius.

Cf. Catel, Hist. du Languedoc. II. 5. Deyron, Antiq. d. l. v. d. Nismes, 113.

CCII.

I. O. M. HELIOPOLITAN
ET NEMAVSO
C. IVLIVS TIB. FIL. FAB.
TIBERINVS P. P.
DOMO BERYTO
VOTVM SOLVIT.

Iovi Optimo Maximo Heliopolitano et Nemauso Caius Iulius Tiberini filius et Fabius Tiberinus praepositus domo Beryto votum solvit.

Ara Nemausi reperta.

Cf. Maffei, Dittico Quirin. 29. Donati, Suppl. Murat. I. 4. 3. Orelli, Inscr. Lat. I. 268. 1245.

1. 2. Hanc aram dicasse videtur miles, antea in Asia, dein in Gallia collocatus. Cultores Iovis Heliopolitani memorantur et in alio lapide ap. Orellium, Inscr. Lat. I. 268. 1246.

CCIII.

DEO SILVANO
ET LIBERO PATRI
ET NEMAVSO

Deo Silvano et Libero Patri et Nemauso (sacrum).

Ara Nemausi reperta.

Cf. Reinesius, Syntagm. 848. 107.

CCIV.

SVLIG. COSMVS REST.
LARIBVS AVG
SACRVM ET
MINERVAE
NEMAVSO
VRNIAE
AVICANTO
T. CASSIVS T. L.
FELICIO EXS
VOTO

Suligius Cosmus restituit. Laribus augustis sacrum et Minervae, Nemauso, Urniae, Avicanto, Titus Cassius, Titi libertus, Felicio, ex voto (posuit).

Ara Nemausi reperta.

Cf. Maffei, Mus. Veron. 413. 1. Bimard, Proleg in Murat. 54. Orelli, Inscr. Lat. I. 355. 2033.

1. SVLIG. Maffeius legit: SVLPICIVS.

4. Deëst hic versus in Maffeii editione.

6. Fontem hodie Eure dictum, Urniae nomine a Nemausensibus esse cultum existimat Bimardus, fluviumque Vitre Avicantum iisdem fuisse dictum.

CCV

MARTI
HERCVLI
VICTORIAE
NOREIAE.

Marti, Herculi, Victoriae, Noreiae (sacrum.)

Monumentum in oppido Celeia (Cilly) repertum, hodieque ibidem in domo Schnepfleitneriana servatum.

Cf. Gruter. Thes. 56. Muchar, Geschichte der Steiermark, I. 352.

Duobus tantum Diis hunc dicatum esse titulum existimat Mucharus, ob victoriam in Norico aliquando, seu de Norici popularibus seu ad Noreiam urbem reportatam. Adde tamen binas Deas et Victoriam et Noreiam, quae ex aliis quoque monumentis sunt cognitae.

CCVI.

NOREIAE
AVGVST. ET
HONORI
STAT. ATRA
BELLICVS ET
EVTVCHES Ↄ SC. STAT
EIVSDEM
EX VOT.

Noreiae augustae et Honori stationis atra Bellicus et Eutyches, centurio stationis eiusdem ex voto.

Ara prope urbem Grätz reperta.

Cf. Donati, Nov. Thes. 53. 5. Hagenbuch, Epist. Mss. ab Orellio excit. 1753. 17. Orelli, Inscr. Lat. I. 356. 2034.

CCVII.

NOREIAE ISIDI
FECIT A. TREBONIVS.

Noreiae (et) Isidi fecit Antonius Trebonius.

Ara prope Ulrichsberg in Carinthia media reperta.

Cf. Muchar, das alt. Norikum, 1. 277. Orelli, Inscr. Lat. I. 356. 2035.

CCVIII.

DEAE NVM
ERIAE NV
MINI BR
IG ET
IAN . . .

Deae Numeriae, Numini Brigantum et Ian(o?).

Lapis prope oppidum Greatbridge in Comitatu Richmond detectus.

Cf. Camden, Britann. II. 122, (ed. Gibs.) Orelli, Inscr. Lat. I. 357. 2036.

CCIX.

DEAI NIMPAI
NEINBRICA[x] ET
IANVARIA XET
IBINVS MV
IOSONIRVN

Deae Nimpae Neinbricax et Ianuariax, et Ibinus Mucosonirunus.

Ara prope Greatbridge in comitatu Richmond reperta.

Cf. Camden, Britann. II. 122 (Gibs.) Orelli, Inscr. Lat. I. 357. 2037.

CCX.

VIGILIA METIA
MASSAE FILIA
MARTI OLLOVDIO
V. S. L. M.

Vigilia Metia Massae filia Marti Olloudio votum solvit lubens merito.

Titulus Aquis Sextiis repertus.

Cf. Spon. Miscell. 97. 57. Martin, Rél. d. Gaul. II. 229.

CCXI.

IOVI POENINO
L. PACCIVS L. F. PAL
NONIANVS
FVNDIS
LEG. VI. VICTRICIS P. F
EX VOTO

Iovi Poenino Lucius Paccius Lucii filius Palatina tribu Nonianus Fundis (sc. oriundus), centurio legionis Sextae victricis piae fidelis ex voto.

Titulus in Sancti Bernardi monte repertus. Duas inscriptiones ὁμοιας esse refert Bocardus.

Cf. Orelli, Inscr. Helvet. 129. 44. Cardinali, Diplomi Imperiali, 120.

4. Fundi, oppidum notissimum in Latio.

CCXII.

IOVI OP. M. POENINO
T. C. I. SEVERVS FR
LEG. III. ITALIC. V. S. L
MERITVM

Iovi Optimo Maximo Poenino tabulam curari iussit Severus, frumentarius legionis tertiae Italicae, votum solvens lubens meritum.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. Helvet. 129. 45.

CCXIII.

PHOEBVS FVSCI
LI CAESARIS
POENINO V. S. L. M

Phoebus Fusci libertus Caesaris Poenino votum solvit lubens merito.

Titulus in Sancti Bernardi monte repertus.

Cf. Haller, Helvet. unt. d. Röm. II. 521. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. (Turic. 1826.) 6. 36. I. 104. 245. Inscr. Helvet. 128. 41.

2. Hallerus TI legit, unde explicuerat Orellius: *vicarius Fusci Tiberii Caesaris servi.* Iam vero, post Boccardi restitutionem, explicandum putat Orellius: *vicarius Fuscilii Caesariis servi*: cui suffragari vix auderem.

CCXIV.

C. IVL. RVFVS POENINO V. S. L
AT TVA TEMPLA LYBANS VOTA SVSCEPTA PEREGI
ACCEPTA VT TIBI SINT NVMEN ADORO TVVM
INPENSIS NON MAGNA QVIDEM TE LONGE PRECAMVR
MAIOREM SACVLO NOSTRVM ANIMVM ACCIPIAS.

Titulus versiculo ornatus, in monte Sancti Bernardi detectus.

Cf. Haller, Helvet. unt. d. Römer, II. 506. Meyer, Anthol. Lat. I. 202. 563. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 6. 37. Inscr. Lat. I. 104. 246. Inscr. Helvet. 128. 42.

1. In prioribus editionibus Orellius plene: V. S. L. M.

2. AT pro *ad* LYBANS pro *lubens* acceptum existimat Orellius: mallem pro *libans* scriptum habere.

3. NOMEN habet Hallerus.

4. IMPENSIS legit idem.

5. SACVLO, pro *saeculo*, ut syllaba brevis sit.

CCXV.

IOVI POENINO
Q. SILVVIVS PERENNIS
STABELL. COLON
SEQVANOR
V. S. L. M.

Iovi Poenino Q. Siluvius Perennis, stabellarius Coloniae Sequanorum, votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 5. 21. Inscr. Lat. I. 104. 230. Inscr. Helvet. 125. 26.

2. SILVIVS. Ita Orelli in Lat. Inscr. emendavit postea ex recensione Boccardi.

3. TABELL. Ita Orelli l. l.; nostra autem lectio vera est. „*Stabellarius* idem fortasse ac *stabularius*, id est, publicus hospes, parochus Coloniae Sequanorum." Orell.

4. Litteram C tantum ediderat Orellius in Lat. Inscr., exposueratque *civitatis*: correxit Boccardus.

CCXVI.

L. LICINIV SEWSS
EQVES LEG
IIII MAC. PHOENINO
V. S. L. M.

Lucius Licinius Severus eques legionis quartae Macedonicae Phoenino votum solvit lubens merito.

Inscriptio, in Monte Sancti Bernardi reperta.

Cf. Orelli, Inscript. in Helv. rep. 5. 23. Inscr. Lat. I. 104. 232. Inscr. Helvet. 125. 28.

1. Quid duplex S significet, equidem ignoro. Ultimum vocabulum ita fere per monogramma scriptum significavit Orellius. In priori editione legerat:

L. LICINIVS SEVE
RVS EQVES LEG.

3. PHOENINO. Unico hoc loco pro POENINO, uti legi iusserat Orellius in corpore amplissimo.

CCXVII.

I. O. M. POENINO
T. MACRINIVS DE
MONSTRATVS
V. S. L. M

Iovi Optimo Maximo Poenino Titus Macrinius Demonstratus votum solvit lubens merito.

Titulus in monte sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 4. 22. Inscr. Lat. I. 104. 231. Inscr. Helvet. 125. 27.

CCXVIII.

I. O. POENINO
C. CATVLINVS
CARINVS VET
AVG. N. V. S. L. M

Iovi Optimo Poenino Caius Catulinus Carinus, veteranus Augusti nostri, votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi inventus.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 5. 24. Inscr. Lat. I. 104. 233. Inscript. Helvet. 125. 29.

3. In prioribus editionibus Orellius: CARINVS VETER.

4. Litera N deëst in prioribus editionibus.

CCXIX.

IOVI POENINO
Q. CASSIVS FACVNDVS
A. COM. COS.
V. S. L. M

Iovi Poenino Quintus Cassius Facundus, a commentariis Consulum, votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus,

Cf. Orelli, Inscript. in Helv. rep. 5. 26. Inscr. Lat. I. 104. 235. Inscr. Helvet. 126. 31. Haller. Helvetien unter d. Römer, II. 506.

3. L. A. COMM. Ita Hallerus: male, teste Bocardo. In priori Inscriptionum Helveticarum editione Orellius: L. A. GOMM., in corruptis his latere arbitratus IMM*unis consulis.* Caeterum innumeris pene locis memorantur qui a commentariis consulum erant. Vid. Grut. Thes. 307. 1. 587. 6. 592. 15.

CCXX.

FELICIO ET
CRISPINVS FRA
TRES PVOENINO
VOTVM SO
LVERVNT. L. M

Felicio et Crispinus, fratres, Poenino votum solverunt lubenter merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus

Cf. Orelli, Inscript. in Helvet. rep. 5. 28. Inscript. Lat. I. 104. 237. Inscr. Helv. 126. 33.

3. PVOENINO pro POENINO, ex Boccardi αὐτοψίᾳ. Ultima litera O in prioribus editionibus ad quartum versum est reiecta.

CCXXI.

...... NO
...... VS
...... S. SEQ
..... E. LIBONI
.... M. SER

(*Poeni*)*no* - - - *Sequanorum* - -

Titulus, in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. Helvet. 130. 49.

CCXXII.

LVCIVS LVCILIVS
DEO PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM DEDIT

Lucius Lucilius Deo Penino Optimo Maximo donum dedit.

Inscriptio in basi statuae, quae in monte Sancti Bernardi posita fertur.

Cf. Gud. Inscr. Antiq. 54. 6. et Praef. Spon, Miscell. 85. 30, Guichenon, Hist. de Sav. I. c. 4. Muratori, Thes. nov. I. 8. 6. Cuperus. Monument. Antiq. 184. Apotheos. Hom. 29. (in Poleni Suppl.) Martin,

Rélig. d. Gaul. I. 402. Cannegieter, Observ. Misc. nov. 1742. IV. 181. Bochat, II. 422. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 6. 38. Inscr. Lat. I. 105. 247. Inscript. Helvet. 128. 43.

1. In ipso Gudii opere legimus: LYCILIVS.

CCXXIII.

C. IVLIVS AN·
TVLLVS PRAE
FECTVS COHOR
. IS ASTVRVM
POENINO V. SOL

Caius Iulius Antullus, praefectus cohortis Asturum, Poenino votum solvit.

Ara in monte Iovis reperta.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 5. 20. Inscr. Lat. I. 104. 229. Inscr. Helvet. 124. 25.

3. 4. In prioribus editionibus legerat Orellius: COHOR . . . V. ASTVRVM: correxit deinde Boccardus.

CCXXIV.

POENINO
PRO ITV ET REDITV
C. IVLIVS PRIMVS
V. S. L. M

Poenino pro itu et reditu Caius Iulius Primus votum solvit lubens merito.

Ara in monte Iovis reperta.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. report. 5. 19. Inscr. Lat. I. 104. 228. Inscr. Helvet. 124. 24.

CCXXV.

I. O. M. POENINO
PRO SALVTE HELI ET SVORVM
APRICLVS EIVS DEDIT
DONVM VOTO S. L. M

Iovi Optimo Maximo Poenino, pro salute Heli et suorum Apriclus eius (sc. libertus) dedit donum voto soluto lubenter merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Haller, Helvetiën unter die Römer, II. 516. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 6. 32. Inscr. Lat. I. 104. 241. Orelli, Inscr. Helvet. 127. 37.

2. AELI. Hallerus. Orellius in Inscriptionibus Latinis AELI. Ibidem: PRO SAL. et ET SVOR.

3. APRICLVS. Pro *Apriculus*, diminutivum a voce *Aper*. Minus recte ex Hallero APRICIVS habuit Orellius in prioribus editionibus. Additum fuit nomini LIB.

CCXXVI.

IOVI P....
Q. IVL...
ALT.
PRO......
RE...
V. S. L. M.

Iovi Poenino Quintus Iulius, Altinas, pro itu et reditu, votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Haller, Helvetiën unter d. Röm. II. 516. Orelli, Inscr. Lat. I. 104. 243. Inscr. Helvet. 127. 39.

3. Altinum, oppidum in litore maris Hadriatici situm, etiamnunc Altino dictum. Olim legebatur ALP*inus*.

4. Explicat Orellius: *pro itu et.*

CCXXVII.

. . . . . .
. . . NO VOTVM
. . . R. IA. OVED

(*Iovi Optimo Maximo Poeni*)*no votum* -

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. Helvet. 129. 47.

CCXXVIII.

PAVLVS VE . . . . .
RIS TITI . . . .
TRIB. MIL. LEG . . .
POEN.
V. S. L. M

Paulus, veteranus Imperatoris Titi Vespasiani Augusti, tribunus militum legionis . . ., Poenino votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 6. 33. Inscr. Lat. I. 104. 242 Inscr. Helvet. 127. 38.

CCXXIX.

I. O. M.
POENINO
M. SVLPIC. MAR
CELIVS . . . ACNIP
V. S. L. M

Iovi Optimo Maximo Poenino Marcus Sulpicius Marcellus - - - - -, votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 5. 25. Inscr. Lat. I. 104. 234. Inscr. Helvet. 126. 30.

4. MARCELIVS. Ita, sane sculptoris incuria, pro MARCELLVS, uti habent priores editiones.

ACNIP. Ita legendum, teste Boccardo. Hallerus antea: AC. N. . P., et explicandum suspicatur *s*AC*erdos* NEP*tuni*.

CCXXX.

NVMINIB. AVGG
IOVI POENINO
SABINEIIVS CENSOR
AMBIANVS
V. S. L. M.

Numinibus Augustis. Iovi Poenino Sabineiius Censor, Ambianus, votum solvit lubens merito.

Titulus in monte Sancti Bernardi repertus.

Cf. Orelli, Inscr. in Helvet. rep. 5. 27. Inscr. Lat. I. 104. 236. Inscr. Helvet. 126. 32. Roulez, in Messager d. Sciences de la Belgique, De Wal, Notice sur un autel élévé par un Amiénois en Suisse, in Bull. d. l. Société d. Antiq. de Picardie, 1845, I. 153—163.

3. Sic, non SABINEIVS. *Censor* idem, qui alibi *censitor*. Orelli.

4. Urbem natalem memorat Sabineiius.

Ad eundem Iovis cultum pertinere videtur alius titulus ibidem repertus, quamvis excisum sit dei nomen:

. . . . .
. . .
TRICENSIMA
. . . VNTARIORVM
EX VOTO.

Cf. Haller, Helvet. unt. d. Röm. II. 521. Orelli, Inscr. Lat. I. 104. 244.

CCXXXI.

REVINO
SACR
P. P. I
V. S. L. M.

Revino sacrum - - - votum solvit lubens merito.

Ara detecta in Ripensi ad Benacum.

Cf. Maffei, Mus. Veron. 378. 8. Orelli, Inscript. Lat. I. 357. 200.

3. Maffeius „tria" inquit „dicantis nomina in posterum quoque latebunt".

CCXXXII.

FLVM. RHENo
PRO SALVTE
Q. SPICI CRN.

Flumini Rheno, pro salute Q. Sulpicii Carini.

Lapis ad oppidum Ganodurum (Burg bij Stein aan den Rijn) repertus.

Cf. Orelli, Inscr. Lat. I. 133. 469. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rheni. I. 294. 513.

3. Literarum explicationem attuli Hagenbuchianam, ab Orellio probatam, quam secutus est etiam Steinerus. Equidem vero illis aliam significationem tribuere malim, et suspicatus sum aliquando, hunc versum notare:

Quinti sulPICIi, Censoris Regni Norici, ad exemplum huius tituli:

PRO SALVTE AVG
IN HONOREM D. D. SOLI
INVICTO MYTHR. HILARVS
AVG. LIB. TAB. P. R. N.
ET EPICTETVS
ARK. AVG. N.
TEM. VETVSTATE CONLS
SVMPTV SVO CVM PICTVRA REFE
IMP. D. N. GORDIANO AVG.
ET AVIOLA C
RO. DO. M IN
MARCELLO PAT
D. VIII KLS. IVLIAS.

Vs. 4 explicuit Koeppenius *tabularius publicus*

regni Norici, quod et Orellii tulit suffragium. Cf. Wiener Jahrb. d. Literatur, XXIV. App. p. 8. Orelli, Inscr. Lat. I. 408. 2348.

CCXXXIII.

I. O. M. ET
GENIO LOCI
ET RHE
NO CL MAR
CELLINVS. BF
COS. V. S. L. M.
IMP. COMMODO
IV COS

Iovi Optimo Maximo et genio loci et Rheno Claudius Marcellinus, beneficiarius consulis, votum solvit lubens merito, Imperatore Commodo VI consule.

Lapis Regiomagi prope Coloniam repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 343. 4. Orelli, Inscr. Lat. I. 314. 1650. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. II. 138. 929.

4. BF. Muratorius BI. Notum est beneficiarios illos fuisse milites, qui consulis, praetoris vel tribuni favore peculiaribus fruebantur privilegiis. Veget. d. R. M. II. 7. „Beneficiarii ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum." Festus, 259: „Beneficiarii dicuntur milites, qui vacabant muneris beneficio," quo loco Lerschius *muneribus* seu *munere ducis* legendum censet. Cf. Centralmus. Rh. Inschr. I. 5.

7. 8. A. p. Ch. n. 190, Lucio Aelio Aurelio

Commodo VI et Petronio Septiminiano consulibus. Cf. Grut. Thes. 300. 2. 1101. 1, seu potius Orelli, Inscr. Lat. I. 75. 42.

CCXXXIV.

DEVS RHENI.

Inscriptio sub Dei statua ad Rheni ripam prope Coloniam Agrippinam reperta.

Cf. Broelmann. Epid. II. 21. L. Ph. C. v. d. Bergh, Krit. Woordenb. d. Ned. Myth. (Utr. 1846) 200.

Ad Rheni cultum seriori quoque aetate aliquatenus saltem servatum pertinet inprimis nobilissimus Francisci Petrarchae locus, De Reb. Famil. I. 4. Aquis digressum (inquit) sed prius, unde ortum oppidi nomen putant, aquis baiano more tepentibus ablutum excepit Agrippina Colonia, quae ad sinistrum Rheni latus sita est, locus et situ et flumine clarus et populo. Mirum in terra barbarica quanta civilitas, quae urbis species, quae virorum gravitas, quae munditiae matronarum. Forte Johannis baptistae vigilia erat dum illic applicui, et iam ad occidentem sol vergebat: confestim amicorum monitu (nam et ibi amicos prius mihi fama pepererat quam meritum) ab hospitio traducor ad fluvium, insigne spectaculum visurus. Nec fallebar. Omnis enim ripa praeclaro et ingenti mulierum agmine tegebatur. Obstupui, dii boni, quae forma, quae facies, quis habitus! amare potuisset quisquis eo non praeoccupatum animum attulisset. In loco paullum altiore constiteram, unde in ea, quae gerebantur, intenderem. Incredibilis

sine offensione concursus erat, vicissimque alacres, pars herbis odoriferis incinctae, reductisque post cubitum manicis, candidas in gurgite manus ac brachia lavabant, nescio quod blandum peregrino murmure colloquentes. - - Unum ex eo numero admirans et ignarus rerum percunctatus vergiliano illo versiculo

quid vult concursus ad amnem,
quidve petunt animae?

responsum accepi: pervetustum gentis ritum esse, vulgo persuasum, praesertim foemineo, omnem totius anni calamitatem imminentem fluviali illius diei ablutione purgari et deinceps laetiora succedere, itaque lustrationem esse annuam, inexhaustoque semper studio cultam colendamque. Ad haec ego subridens, o nimium felices, inquam, *Rheni* accolae, quoniam *ille* miserias purgat, nostras quidem nec Padus umquam valuit purgare nec Tiberis. Cf. Roelants, twee Verh. betrekk. de Gesch. en Oudh. van Nederl. (Gron. 1839.) 48. Addatur Claudii Civilis oratio apud Tacitum (Hist. V. 17.): Rhenum et Germaniae deos in aspectu: quorum numine capesserent pugnam, coniugum, parentum, patriae memores. Rhenanum denique spectrum in narratiuncula Mannhemiensi invenimus, apud Monium, Anzeig. 1838. 368.

CCXXXV.

L. GELLIVS
SENTRONIS F
RITTONAE AEDE
V. S. L. M.

Lucius Gellius, Sentronis filius, Rittonae aede (dicatâ) votum solvit lubens merito.

Lapis Nemausi repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 108. 3.

CCXXXVI.

DE⊙ MERCVRI⊙ ET R⊙S
MERTE CANTIVS TITI
FILIVS EX VOT

Deo Mercurio et Rosmertae Cantius Titi filius ex voto.

Ara Antemoduni Lingonum (Langres) reperta.

Cf. Petavii Antiq. Suppellect. portiunc. Par. 1610. Gruter. Thesaur. 50. 9. Sallengre, Nov. Thes. Antiq. Rom. II. 1013. Montfaucon, Antiq. Expliq. I. 132. Muratori, Thes. I. 108. 1. Martin, Rélig. d. Gaul. I. 353. Bimard, Proleg. in Murat. I. 50. 6. Orelli, Inscript. Lat. I. 288. 1415. Chassot von Florencourt, Beiträge z. Kunde alter Götterverehrung (Trier 1842) 16.

1. 2. Gruterus habet: POSTVERTE: Bimardus vero cum Montefalconio: FORT. VERTE, aramque *Fortunae vertenti* dicatam existimat.

2. Pro CANTIVS Orellius cum aliis C. ANTIVS. Idem hoc versu TITI FI et in tertio nihil praeter vocabula EX VOTO.

CCXXXVII.

..... EO . MER
..... T . ROSM
..... DIVTO
..... SVLVS
.. L. M.

(In honorem domus divinae. D)eo Mer(curio e)t Rosm(ertae A)diuto(rius Ur)sulus (votum solvit) lubens merito.

Dimidia fere pars lapidis a. 1656 ad pagum Nieder-Emmel reperta.

Cf. Al. Wilthemii Luciliburgensia s. Luxemburgum Romanum, ed. Neyen specil. IX. 26. Chassot von Florencourt, Beiträge. 19.

4. „Ursulum opinor attinet saxum a. 1656 erutum tertio lapide a Trevirorum Augusta haud longe Embilado vico, qua via consularis Bingio Nivomagum pergit, donatum mihi a viro venerando Antonio Mentendorfio Decano Embiladensi: idque nunc hortos nostri collegii exornat." Wiltheim.

CCXXXVIII.

IN . H D. D. DEO
MERCVRIO ET DAE
. OSMERTAE. MER
..... AVG . LIB
...... ABVLA
...... S. L. M.

In honorem domus divinae. Deo Mercurio et Deae (R)osmertae Mer(curialis), Augusti libertus, (adiutor t)abulu(riorum, votum) solvit lubens merito.

Lapis, a 1840 ad eundem pagum Nieder-Emmel erutus, hodieque in Museo Trevirensi servatus.

Cf. Chassot von Florencourt, Beiträge, 19—22.

2. Literae ET atque AE sunt coniunctae, uti et ME in Mercurialis nomine.

4. Partis inferioris lapidis dimidium fere abscissum: egregie autem verba restituit Chassotius, ope literarum A et S in voce MER*curi*A*li*S, quarum fragmenta adhuc supersunt.

5. 6. Quae hic supplenda sint, incertum habeo. Adiutores tabulariorum bis in Orelliano corpore offendimus. Potest et legi:

[A PATRIM] TABVLA
[RIVS V.] S. L. M.

CCXXXIX.

DEO. MERCVRIO
MERTAE. AEDEM. C
MENTISQVE. OMN
ACCEPTVS. TABVL
AVGVSTAL
ITEM. HOSPITALIA
BRANDORVM. GR
RISQVE. SVIS. DED
IVLIAS. LVPO.

Deo Mercurio et Deae Rosmertae aedem cum signis ornamentisque omnibus fecit Doccius Acceptus tabularius, sevir augustalis, item hospitalia sacrorum celebrandorum, gratuita sibi posterisque suis. Dedicata - - Iulias, Lupo et Maximo consulibus.

Lapis a 1826 ad oppidum Wasserbillig in Magno-Ducatu Luxemburgensi erutus.

Cf. Wyttenbach, Neue Beyträge zur antiken Epigraphik. (Trier 1833). 16. Bärsch, der Moselstrom. (Trier 1841). 15. Chassot von Florencourt, Beiträge, 22—30.

1. Egregie inscriptionem misere mutilatam restituit Chassotius in eximio opusculo, quod me iudice magni aestimandum omnibus artis antiquae studiosis:

DEO MERCVRIO (ET DEAE ROS)
MERTAE. AEDEM. C(VM SIGNIS ORNA)
MENTISQVE. OMN(NIBVS FECIT . . .)
ACCEPTVS. TABVL(ARIVS. IIIII VIR)
AVGVSTAL(IS)
ITEM. HOSPITALIA (SACRORVM. CELE
BRANDORVM. GR(ATVITA. SIBI. POSTE)
RISQVE SVIS DEDI(CATA . . . . . .)
IVLIAS LVPO (ET MAXIMO COS.)

CCXL.

IN. H. D. D. DEO
MERCVRIO. ET. RO
SMERTE. DOCCI
APRISSVS. ET. AC
CEPTVS. IIIII VI
RI AVGVSTAL.
V. S. L. M.

In honorem Domus divinae. Mercurio et Rosmertae Doccii Aprissus et Acceptus, seviri Augustales, votum solvunt lubenter merito.

Saxum a. 1763 Heidelbergae repertum, hodieque in Museo Mannhemiensi servatum.

Cf. Graeff, Grossherzogl. Antiq. zu Mannheim, 10. 15. Stälin, Gesch. v. Wirtemberg, I. 47. Chassot von Florencourt, Beiträge, 28—30. Rappenegger, Röm. Inschriften in Baden (Mannh. 1846) II. 71. 46.

2. Graeff et Rappenegger tantum habent: MERCVRIO ET.

3. Graeff et Rappenegger legunt: SMETE.

4, ACCEPTVS. Cf. Gruter. p. 825. Alium Acceptum ex hoc quoque tabula cognovimus Lugdunensi:

D. M.
M. SECVNDI
SATVRNINI
M. SECVNDIVS
ACCEPTVS NE
POTI ET LIBERTO
P. C. ET SVB ASCIA D.

Cf. Millin, Voyage, I. 514.

CCXLI.

DEO MERCVRIO
ET RO . . MERTAE
CARAN . . . VSSACR I
PRO SALVTE VRBI
CI. FIL. V. S. L. M.

Deo Mercurio et Rosmertae Caranianus sacrum (esse) iubet, pro salute Urbici filii, votum solvens lubenter merito.

Lapis a. 1817 in monte Sione haud procul ab urbe Nancy repertus.

Cf. Bottin, in Mém. d. l. Société d. Antiq. de France, III. 475. V. XXV. Schneider, in Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rh. V. VI. 337.

CCXLII.

DEAE
SANDRAVDIGAE
CVLTORES
TEM PLI

Deae Sandraudigae cultores templi.

Ara d. 15 Novembris a. 1812 inter vicos Groot-Sundert et Rijsbergen reperta, hodie Musei Lugduno-Batavi ornamentum.

Cf. de Bast, Recueil d. Antiq. Suppl. II. 248. Loots et v. Lennep, W. d. Tw. Kl. v. h. Kon. Instit. I. 89. Raepsaet, Aanteek. op het Rapport der Heeren Loots en van Lennep, ibid. II. 165. sq. Janssen, Mus. L. B. Inscr. Gr. et Lat. 90. 91. tab. XIV. 3. Janssen, Oudheidk. Ontdekk. aang. den tempel der dea Sandraudiga, in Nijhoff, Bijdr. tot de Vaderl. Gesch. en Oudh. IV. 157. Hermans, Gesch. Mengelw. v. Noord-Braband, II. 279. L. Ph. C. v. d. Bergh, Proeve van een Krit. Woordenb. d. Nederl. Mythol. 201. J. W. Wolf, in Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfr. in Rheinl. VII. 86.

2. Literae AE sunt coniunctae.

3. CVLTORES. Allegantur Gruter. Thes. 246. 9. 69. 12. 307. 2. a Bastio l. l., Murat. Thes. 181. 9 et 1 in Operib. Instituti Regii laud. 97. Dubito tamen, quin ibidem perspecta sit vocis significatio, quae e singulari collegiorum privatorum ac sodalitiorum natura repetenda est. Notandum quoque cultores aliorum deorum raro, imperatorum divorum saepius fieri mentionem, uti ex inscriptione supra laudata, a Grutero e Smetio, Inscript. Vet. 53. 2 repetita patet:

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F.
NERVAE. TRAIANO. AVG. GERM.
DACICO. PONT. MAX. TRIB. POTEST. VIII.
IMP. VIII. COS. V. P. P. OPTIMO. PRINCIPI.
SAGARI . . . . ATRI MARCELL.
CVLTORES. DOMVS. AVG.

Cf. inprimis Aug. Wilh. Zumptius, de Augustal. et Seviris August. Comment. Epigr. Berol. 1846. 17.

CCXLIII.

DEO SAR
MANDO
DEMETRIVS
ANTON
VOTVM
LIBE
NS POSVIT.

Deo Sarmando Demetrius Antonius votum libens posuit.

Lapis, qui in pago Mikeszarka Daciae mediterraneae repertus esse dicitur.

Cf. Orelli, Inscript. Lat. I. 357. 2042.

CCXLIV.

SEDATO
AVG. SAC.
P. RACONIVS
AEDEM ET ARAM
D. D.

Sedato augusto sacrum. Publius Raconius aedem et aram dat dicat.

Lapis Noviduni (Gurckfeldi) in Carniola reperta.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 1986. 11. Schoenleben, Carniola Antiq. 223. Balvasor, Ehre des Herzogth. Krain, II. 259. Orelli, Inscr. Lat. I. 357. 2043

1. *Sedatum* Mortem significare putat Redenbacherus, laud. ap. von Raiser, III. 18. 1. Iovem vero adversum habet cs. Pikl; numen denique topicam vici Pfünz existimat Leichtlenius, non adversante Raisero, sed dissentiente Orellio. Caeterum Sedatus et nomen virile fuit, uti patet ex hoc titulo Pranginensi:

C. IVL. C. F. VOLT.
SEDATO
II 'VIRO ITERVM
FLAM. AVG.
L. IVL. CAPITO AMICO
OPTIMO.

2. 3. Male hos versus coniunxit Orellius.

CCXLV.

SEDATO
SACRVM
COH I BRE
EX VSL
VS 'CAIVL
MAXIM
ODEC.

Sedato sacrum. Cohors prima Breucorum ex voto suscepto lubens votum solvit, Caio Iulio Maximo decurione.

Ara ad vicum Pfünz prope Dryopolin (Eichstädt) reperta.

Cf. Leichtlen, Schwaben unter den Römern, 53. Orelli, Inscript. Lat. II. 425. 4372. Von Raiser, Abhandlung über d. oberhalb Pfünz bei Eichstädt gefundene Römer-Monument Sedato sacrum. Augsb. 1825. Von Raiser, des Oberdonaukreis des Köningreichs Bayern unter den Römern, III. 18.

1. 2. 3. Hos versus male coniunxit Orellius.

3. COH. I BRE. Leichtlenius et Orellius habent: COH. I BRH; ex Raisero nostram recepimus lectionem. Varia ratione haec explicuere viri docti. Vir cons. Pickl cohortem primam Brittanicam hastatorum hic nuncupari intelligit, doct. Redenbacher cohortem primam Britonum et Helvetiorum, Leichtlenius cohortem primam Brittonum hastatorum. Raiserus explicat: *cohors prima Brettanica.* At ne unus quidem in Bavaria occurrit lapis, qui pro *Britonis Bretanos* nuncupet. Cohortis ergo Breucorum primae mentio hic facta esse videtur, uti in Noreiae ara, infra excitanda.

4-7. Minus recte Orellus uno versu:

EX V. S. V. S. CAIV. L. MAXIMO DEC.

7. DEC*urione.* Melius forte DEC*ano.* Cohortis Breucorum decanus P. Septimius Gordianus ex alio cognoscemus titulo.

CCXLVI.

MARTI SEGOMONI SACRVM
ANNVA
... VRBIBI FIL. MARTINIVS
.... SACERDOS ROMAE ET AVG
... MVNACIO PANSA COS
... IN CIVITATE SEQVANORVM
..... E GALLIAE HONORES
.... ET SVLS DECREVERVNT.

Marti Segomoni Annua -

Titulus misere truncatus Lugdunensis, in turre S. Petri Monialium.

Cf. Gruter. Thes. 58. 5. Primum tantum versum habent Martin, Rélig. d. Gaul. I. 499, et Orellius, Inscr. Lat. I. 280. 1356. Cf. et Spon, Antiq. Lugd. c. 7.

CCXLVII.

DEO HERCVLI
SEGONTIACORVM TITVS
TAMMONIVS SOENIVS TAM
MONIVS VITALIS CORNICV
LARIVS HONORIS CAVSA
DEDICARVNT.

Deo Herculi Segontiacorum Titus Tammonius (et) Soenius Tammonius Vitalis, cornicularius, honoris causa dedicarunt.

Ara in Anglia ad oppidum Silchester reperta.

Cf. Donati, Suppl. Thes. Murat. I. 37. 1. Orelli, Inscr. Lat. I, 354. 2013.

CCXLVIII.

DEAE
SEG
F.
PONDO
X

Deae Segusianorum Fori, Pondo decem.

Pondus antiquum ex aere, in urbe Feurs repertum, quae olim Forum Segusianorum erat.

Cf. Spon, Miscell. erud. Antiq. 109. 86.

CCXLIX.

DEAE
SETLO
CENIAE
L. ABAR
EVS C
V. S. L. M.

Deae Setloceniae Lucius Abareus, Caii filius, votum solvit lubens merito.

Ara in Anglia reperta.

Cf. Horsley, Brit. Rom. 192. 52. LXIX.

CCL.

APOLLINI
SIANNO
ANNVA STIPE.

Apollini Sianno annua stipe.

Titulus Lugduni in Ecclesia St. Petri servatus.

Cf. Menestrier, Hist. Cons. de Lyon, 20. Martin, Rélig. p. Gaul. I. 394.

Je ne sai (ita Martinius) ce que c'est qu'Apollon Siannus, dont il est parlé dans cette inscription. At nomen Celticum esse Sianno, uti El-

lanco, alia, mihi persuasum est. Eiusdem nominis originem a *Siantico*, aut, ut in Antonini Itinerario scribitur, *Santico* repetit Eckhartus, quod oppidum Carniolae ad Sanam amnem situm est et vulgo *Saneck* dicitur. Cf. Act. Erud. Lips. Supplem. IX. 350.

CCLI.

DEO
SILVMIO D
OMESTICO
SENTI APER
ET PHILVM
ENVS V. L. P.

Deo Silumio domestico Sentii Aper et Philumelus votum lubentes posuerunt.

Ara Vindobonae servata.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 102. 7. Maffei, Mus. Veron. 239. 3. Osservaz. Liter. I. 182. Hagenbuch, Epist. Epigr. 8. 17. 30. 452. 466. Pococke et Milles, Inscript. Antiq. II. 108. 41. Orelli, Inscr. Lat. I. 357. 2046.

1. 2. Nonnulli hos coniungunt versus in unum. Titulum, Orellio receptum, haud reiiciendum putavi, quamquam a Buchierio et Hagenbuchio ad Silvani cultum referendum esse lapidem satis superque mihi probatum.

4. Editores omnes, ne Orellio quidem excepto, SENTIA PER, vel ... ENTIA PER. Adscripserat Maffeius: Forse *Perpetua* et *Philumenus*. Forsan τὸ PER etiam PER*egrina*, aut aliis modis possit

legi. Unus Pocockius: . . NTI APER. Legendi enim (uti recte monuit Hagenbuchius), SENTI*i* duo, Aper et Philumenus. Cf. supra, p. 63. LXXXVII.

4. 5. Orellius ita versus distribuit:

ET PHILVMENVS
V. L. P.

CCLII.

SIRONAE
ABDVCIEN
TOCETI FIL.
V. S. L. M.

Sivonre Abducienus Toceti filius, votum solvit lubens merito.

Ara Burdigalae reperta.

Cf. Millin, Voyage, IV. 2. 650. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 2049.

CCLIII.

DEO
APOLLINI
ET SIRONAE
IVLIA FRON
TINA
V. S. L. L. M.

Deo Apollini et Sironae Iulia Frontina votum solvit lubens laeta merito.

Ara 1803 ad vicum Oppenheim prope Nierstein reperta. Steinerus illam a. 1826 detectam refert.

Cf. F. O. Matthiae, de Sirona de , Prolus. I. Francof. 1806. Lehne, das Sironabad u. seine Heilquellen bei Nierstein. Mainz 1829. (Gesamm. Schr. III. 51-68). Orelli, Inscript. Lat. I. 358. 2048. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 177. 305.

6. Orellius habet: V. S. L. M.

CCLIV.

IN H. D. D. APOLINI. ET. SIRONAE
AEDEM. CVM. SIGNIS. C. LONGINIVS
SPERATVS. VET. LEG. XXII. PR. P. F.
ET. IVNIA. DEVA. CONIVNX. ET. LON
GINI. PACATVS. MARTINVLA. HILA
RITAS. SPERATIANVS. FILI. IN.
SVO. POSVERVNT. V. S. L. L. M.
MVCIANO. ET. L. FABIANO. COS.

In honorem domus divinae. Apolini et Sironae aedem cum signis Caius Longinius Speratus, veteranus legionis XXII primigeniae piae fidelis, et Iunia Deva conjunx et Longinii Pacatus, Martinula, Hilaritas, Speratianus filii, in suo posuerunt, votum solventes lubentes laeti merito, Muciano et Lucio Fabiano Consulibus.

Inscriptio templi a. 1754 (Steinerus annum refert 1714) ad pagum Grossbottwar reperta, hodie Musei Stuttgardtiensis ornamentum.

Cf. Lamey, Epist. ad Hagenbuchium, 1754. Sattler, Topogr. d. Herzogth. Würtemberg, 24. Idem, Geschichte von Würtemberg, 145. tab. III. Hanselmann, Beweis, wie weit der Römer Macht, caet. I. 252. Stälin, in Würtemb. Jahrb. 1835. I. 65. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 2347. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 25. 41. Chassot von Florencourt, Beiträge zur Kunde alter Götterverehrung, 15.

2. Orellius: LONGINVS.

4. Hagenbuchius: DIGNA.

8. Conditum itaque illud templum, Lucio Annio Fabiano et Marco Nonio Muciano consulibus, a. 953. U. C.

CCLV.

.... SIRONA ....
.... QVE. IM ....
...... NIS. ESNA ....
.... LORTAE AEIE ....
.... PONIVS. SECvN ....
.........T D AN Cv.....

Sirona(e, dis deabusque) im(mortalibus et matro)nis --- (Pom)ponius Secundus.

Fragmentum a. 1843 in vico Bischofsheim repertum.

Cf. Lersch, in Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande, II. 101. 60.

1. Litera N sequenti literae O inclusa.

3-6. Plures horum versuum literae siglis notatae sunt. De illorum significatione iudicare non ausim, donec ipse monumentum conspexero.

CCLVI.

SOLIMARAE
SACRVM
AEDEM CVM SVIS
ORNAMENTIS
FIRMANA C. OBRICI
F. MATER
D. S. D.

Solimarae sacrum. Aedem cum suis ornamentis Firmana, Caii Obricii filii mater, de suo dat.

Ara Avarici Biturigum (*Bourges*) a. 1687 effossa.

Cf. Gasp. Thaumasii Hist. Bituric. Act. Erud. Lips. Suppl. T. III. Sect. V. 33. Cannegieter, de dea Buronina. 59. 60. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 2050. Muratori, 114. 1. Bimard, Proleg. in Murat. 64. C. H. A. in Miscell. Observ. 1742. 174.

1. Hipponam forte hic nuncupari existimat Bimardus, nomine a vocabulo Celtico *Mar* derivato.

5. Bimardus habet OBRICI. E. sed legendum putat OBRICI. F.

6. 7. Coniuncti hi versus apud Orellium. Non video cur anonymus auctor in Observationibus cum Hagenbuchio matrem sacrorum hanc aram vovisse crediderit.

CCLVII.

SVGEVLO
IVPIDICO
V. S. L. M.

Sugeulo — votum solvit lubens merito.

Titulus, Eburoduni (*Yverdun*) repertus, quem primus in lucem protraxit Orellius.

Cf. Orelli, Inscript. Helvet. 164. 154.

2. „Nonnullae huius nominis literae propemodum evanuerunt, adeo ut eas praestare non possim." Orellius.

CCLVIII.

C. PROTACIVS
DEAE SVLISM

Caius Protacius Deae Sulismae.

Inscriptio in Anglia reperta.

Cf. Millin, Annal. Encycl. V. 149. Lyson, Reliq. Britanniae Romanae. I. 203. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 205.

CCLIX.

SVPVNNAE SACR.

Supunnae sacrum.

Lapis Fulginii (Foligno) repertus.

Cf. Muratori, Nov. Thes. 102. 8.

CCLX.

DEO SYLEIANO
FABRI TIGNVARII QVI
FOR. SEC. CONSISTVNT
D. S. P. R.

Deo Syleiano fabri tignuarii, qui Foris Secundis consistunt, de sua posuerunt re.

Ara Foris (Feurs) reperta.

Cf. Martin, Réligion des Gaulois. II. 190.

CCLXI.

TAMFANAE
SACRVM
M. APPVLEIVS
M. F. VEL. PAETV
LVS DECVR. INTERAMN
QVINQVENNAL. II.
SIG. D. D.

Tamfanae sacrum. Marcus Appuleius, Marci filius, Velina tribu, Paetulus, decurio Interamnensis quinquennalis altera vice, signum dat dicat.

Ligorium hunc, uti alios multos, effinxisse titulum, iam diu constat inter eruditos. Interamnae inventus esse dicebatur.

Cf. Otto, de tut. viar. 83. Aldenbrueck, de Relig. Ub. 41. Gudius, Antiq. Inscr. 55. 8. Cannegieter, Brittenb. 34. Saxii Peric. 54. Adelung, Aelteste Gesch. d. Deutschen, 262. Legis, Altd. Götterlehre, 29. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 2053. Schreiber, in Taschenbuch für Gesch. u. Alterth. (Freib. 1846) V. 74.

1. Otto habet:

TAMFANAE SACRVM
DECVRIONES INTERAMN
QVINQVEN SIG. D. D.

3. 4. Hi versus coniunguntur apud Cannegieterum, uti et 6 et 7.

CCLXII.

IN. H. D. D. DEO
TARANVCNO
CR. VIVI
OVIBVS EX
CONI TA
BTE . . .
. . . .

In honorem domus divinae. Deo Taranucno —.

Ara anno 1767 ad vicum Godramstein reperta hodieque Musei Antiquarii Mannhemiensis ornamentum. Perquam vero mutilati monumenti effigiem vide in Actis Acad. Theod. Palat. T. II. Tab. 2.

Cf. Act. Acad. Theod. Palat. II. 11. Reinhard in Martini, Thesaur. Diss. Hist. III. 1. 311. Lehne, Gesammelte Schriften, III. 21. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 112. 192. Graeff, Antiquar. zu Mannheim, 12. 18. Orellius quoque huius tituli mentionem facit, Inscr. Lat. II. 358. 2037.

De Taranucni nomine cff. Sponii et Flournoii Epistolae in Ignot. Deor. Ar. 27. Taranem, Thorum Septentrionalium, iam e Lucano (Pharsal. I. 444) cognovimus:

et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus,
et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae.

Cf. Iac. Grimm, Deutsche Mythologie (ed. II). 153. Radlof, Neue Untersuchungen d. Keltenthums zur Aufhellung d. Urgesch. d. Teutschen. 410. Heidelb. Jahrb. d. Literat. 1825, 760. Adhucdum Hibernico idiomate *Taran* tonitru significare,

Ossiano *Toronan* dictum, testantur scriptores Britanni. Vid. et Bulaeus, Hist. Vet. Acad. Gall. p. 157 ed. Frickii. Taranem Lucani inepte deam habuerunt Borrichius (de Diis Obotritis, Hafn. 1688, 121) et Barthius (Altd. Religion, Lips. 1835, I. 128.)

3. CR. Has literas explicare haud conati sunt Steinerus et Graeffius. Osannus vero illas *creobolium* significare putat, sacrificiumque innuere et ea quae mox sequuntur, virum, oves. Cf. Allg. Literatur-Zeitung. 1840. 94. 749. Titulum non prorsus dissimilem exhibuit idem in Auctar. Lex. Graecor. 183.

5. Steinerus: CON . . TA; Graeffius: CONITA.

6. Steinerus: BTI.

CCLXIII.

I. O. M. TANARO
T. ELVPIVS GALER
PRAESENS GVNTIA
PRI. LEG. XX. V. V.
COMMODO ET
LATERANO COS.
V. S. L. M.

Iovi Optimo Maximo Tanaro Titus Elupius, Galeria tribu, et Praesens, Guntia tribu, primipilares legionis vicesimae Valeriae victricis, Commodo et Laterano Consulibus, votum solvunt lubenter merito.

Devae (*Chester*) a. 1653, in platea dicta *the forest street* repertus lapis. A. 1675 Oxoniam transvectus fuit.

Cf. Prideaux, Marmora Oxon. 282. Spon, Miscell. Erud. Antiq. 74. 5. Chandler, Marm. Oxon. p. III. tab. I. Muratori, Nov. Thes. 331. 6. Horsley, Britannia Romana, 192. 67. III. Schwabe, de Deo Thoro Comment. (Ien. 1767.) 15. Orelli, Inscript. Lat. I. 358. 2054.

1. Hunc Tanarum eundem ac Taranucnum habet Orellius, Thoroque Eddico plurimi aequiparant scriptores. Illius cultus vestigia in Italia quoque superesse putat Sagittarius (Antiq. regn. Thuring. I. 3) ob istam a Grutero exhibitam inscriptionem:

DEVM. DEARV
SVEDIA. DORI
D. S.

At Doridem, nomen foemineum, hic nuncupari iam nemo non videt. Cf. Gruter, Thes. 955. 15.

2. Schwabius cum Sponio: T. ELVPIER.

3. Literae NTI siglo comprehensae. Male Schwabius cum Sponio: GVNA.

5. 6. Tribus versibus hos distinxit Horsleius:

COMMODO ET
LATERANO
COS.

uti et Schwabius. Uno eosdem coniunxit Orellius.

CCLXIV.

IOVI O. M.
TARANVCO.
ARRIA. SVCCESSA.
V. S.

Iovi Optimo Maximo Taranuco Arria Successa votum solvit.

Lapis Sibenici in Dalmatia repertus.

Cf. Lucii Inscr. Dalmat. 176. Spon, Ignot. Deor. Ar. 11. Miscell. Erud. Antiq. 73. 4. Gronov. Thes. Antiq. Gr. VII. 239. Schwabe, de Deo Thoro. 17. Alter u. neuer Staat d. Königr. Dalmatien, 497. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 2056.

CCLXV.

MERCVR
IOTOVRE
NCETRN
OMROIVIS.

Mercurio Toureno —.

Ara in monte Hoheburgo prope Ruppertsberg reperta hodieque Musei Nemetensis ornamentum.

Cf. König, Beschreib. d. Röm. Denkmäler im bayer. Rheinkr. 107. Lehne, Gesamm. Schr. I. 262. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 111. 190. Lersch, in Jahrb. d. V. v. Alterthumsfr. im Rh. II. 123.

Steinerus ad Koenigii fidem legit:

MERCVR
IO IOVI E.
D CETR M.
PATRONIS

Haec explicanda putat Koenigius: *Mercurio, Iovi et Diis ceteris maximis patronis.* Monumenti effigiem praebet idem, tab. I. 13; dubito tamen, quin titulus recte referri dici queat.

CCLXVI.

MERCVR
IO TOVRE
N. C. ET. RN
OMROV. S

Mercurio Toureno — —.

Ara, prope vicum Rheinzabern reperta, hodieque Neapoli Nemetum (*Neustadt a. d. Hardt*) a viro doct. Hepp servata.

Cf. Lersch, in Jahrb. d. V. v. Alterthumsfr. im Rheinl. II. 123.

3. Ultima litera N siglum contractum notare videtur.

CCLXVII.

SILVANO
TETTO
SERVS
FITACITI
EX
VOTOR.

Silvano Tetto Serus, filius Taciti, ex voto restituit.

Inscriptio in pluribus pateris e terra sigillata confectis, et in ara quadam in Bavariae provincia Rhenana repertis.

Cf. von Hefner, Oberbayer. Archiv f. Vaterl. Geschichte, VI. tab. I. 13. VII. 2, tab. I. 22. Lersch, Jahrb. d. V. v. Alt. in Rh. II. 122. IX. 73.

Lerschius explicandum putat: *Silvano Tetto servus Fitaciti ex voto restituit*, (Jahrb. IX. 73) et

alibi (II. 122) *filium Taciti* omnibus artis Epigraphicae regulis adversari docet. Nec tamen umquam mihi *Fitacitus* iste placebit. *Tetto* nomen indicat Celticum, at non hominis, me judice, verum dei, sive illud ad Silvanum referas, sive numen topicum significare censeas.

CCLXVIII.

IN H. D. D.
APOLLINI TOV
TIORIGI
L. MARINIVS
MARINIA
NVS Ɔ LEG. VII
GEM. P. F. ALEXAND.
D. D. D. FORTVNAE VO
TI COMPOS.

In honorem domus divinae. Apollini Toutiorigi Lucius Marinius Marinianus, centurio legionis septimae geminae piae fidelis Alexandrinae dat dedicat fortunae voti compos.

Ara a 1784 reperta muroque ad aquas Mattiacas (*Wiesbaden*) infixa.

Cf. Lamey, Act. Acad. Theod. Pal. VI. 47. Lehne, in Annal. d. Vereins für nassau. Alterth. I. 14. Von Gerning, Rheingeg. 3. Dorow, Opferstätte, I. 62. Orelli, Inscr. Lat. I. 359. 2059. Steiner, Cod. Inscr. I. 140. 242.

2. TOVTIORIX. Recte cum hoc nomine confer-

tur Celticum nomen *Touto* in lapide Aramontiano, ap. Muratorium, III. 1503. 5:

TOVTO. DIVICIAN
TILLI. F. ET
IVLIAE PORROSIAE.

Et in Arelatensi ap. Grut. 807. 11:

Q. MELIVS. TOVTONIS. F
VOL. FLAVOS
SIBI ET. AC
CEPTAE. SERVACIAE
VXORI.

Cf. Roth, Mittheil. d. Gesellsch. f. Vaterl. Alterthümer in Basel (1843), p. I, cuius libri censuram egi in Annalibus Literariis quondam Amstelodami editis: De Referent, a. 1844. 218. Eckhel, Doctr. Numm. I. 77 et 79, in v. *Contoutos* et *Toutobocio.* Lersch, in Jahrb. d. Vereins v. Alt. im Rh. IX. 62.

5. Steinerus habet: MARIA.

6. Orelli legit vs. 6-9.

NVS Ɔ LEG. VII. GEM . . EXAN
D . . ANAE VO
TI COMPOS.

CCLXIX.

TRITTIAE
M. VIBIVS
LONGVS
V. S. L. M.

Trittiae Marcus Vibius Longus votum solvit lubens merito.

Ara ad oppidum Pierre-feu in Provincia reperta.

Cf. Spon, Ignot. deor. ar. 61. Miscell. erud. Antiq. 108. 84. Maffei, Ant. Lap. 427. Orelli, Inscr. Lat. I. 359. 2062.

1. Sponius Deae nomen ad urbem Achaicam refert Tritiam, ob Pausanii locum, Descr. Gr. VII. 580. Kühnii: *Τριτίας δὲ οἰκιστὴν οἱ μὲν Κελβίδαν γένεσθαι λέγουσιν, ἀφικόμενον δὲ ἐκ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικῇ· οἱ δέ, ὡς Ἄρης συγγένοιτο. Τριτίᾳ θυγατρὶ Τρίτωνος· ἱερᾶσθαι δὲ τῇ Ἀθηνᾷ τὴν παρθένον· Μελάνιππον δὲ παῖδα Ἄρεως καὶ Τριτίας οἰκίσαι τε καὶ αὐξῆσαι τὴν πόλιν, καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητέρος. Ἐν Τριτίᾳ δὲ ἔστι μὲν ἱερὸν καλουμένων μεγίστων θεῶν.*

Ex his (ita Sponius l.l.) coniicere licet, Vibium Longum huic Deae votum solventem, origine Graecum fuisse, in Gallia commorantem, vel saltem huic innotuisse viro Deam Tritiam, sive fuerit in Achaia duntaxat culta, sive etiam ex Graecia in Galliam transmissus fuerit ipsius cultus. — Probabilior vero Millini videtur coniectura, nomen Trittiae Deae cum illo cohaerere oppidi cuiusdam in Provincia, nomine *Tretz*. Vid. Millin, Voyage, III. 115.

CCLXX.

DE. VAGDAVER. CVSTI. SIM..I
CIVS. SVPER. DEC. ALAE VOCONTIOR
EXERCITVVS BRITANNICI.

Deae Vagdaverae Custius Simplicius Superus, decurio alae Vocontiorum exercituus Britannici.

Inscriptio in lamina aenea, mense Augusti anni 1842 in fluvio Linge ad vicum Hemmen reperta, et ab Heldringio, viro doctissimo, ecclesiae Hemmensis pastore, servata.

Cf. Janssen, in Alg. Konst- en Letterbode, 1842, no. 38. Lersch, in Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinlande, II. 139. Janssen, in Bijdragen voor Vaderl. G. en O. van Nijhoff, IV. 62. L. Ph. C. van den Bergh, Proeve van een Kritisch Woordenboek der Nederl. Mythologie, Utr. 1846. 352.

1. Deam hic nuncupatam esse Vagdaveram, numen topicum, certo certius habet Janssenus, qui monumentum ob scripturae formam ad Iulii Caesaris aetatem referri posse existimat. Dubitat vero Lerschius, quin Deus hic prodierit Vagdaver, et laudat nomen Anglo-Saxonicum Vägdäg e commentariis Grimmii, Deutsche Mythologie, (Ed. I.). Anhang, III. Nescio equidem, an CVSTI per CVSTIVS recte explicetur, cum et Simplicius monumentum dicare potuerit Numini, exercitus Britannici CVST*odi*.

CCLXXI.

MARTI
ET VASIONI
TACITVS.

Marti et Vasioni Tacitus (posuit).

Titulus Vasione repertus, nec tamen hodie superstes. Deletus esse videtur a plebe, cum arbor libertatis ibi collocaretur.

Cf. Martin, R. d. G. II. 200. Voyage Lit. d. Bénédict. II. 1. 293. Muratori, Nov. Thes. 293. Eius mentionem facit quoque Millin, Voyage au Midi de la France, IV. 1. 148. (1)

1. Alios titulos Marti dicatos ibidem repertos adhuc servari testantur eruditi; unum afferam:

MARTI
E CEIONI
V. S. L. M.

Explicat Millinus: *A Mars, E... Ceionius a offert ce voeu librement.* Significat forte: *Marti f(ratres) Ceioni(i) votum solvunt lubentes merito.*

CCLXXII.

.N H. D.
DEO. MERCV
VASSO. CALETI
MANDOLINIV
GRATVS D.

In honorem domus divinae. Mercurio Vasso Caletius Mandolinius Gratus dedicat.

Lapis, muro domus Ecclesiastici in oppido Bitburg infixus.

Cf. Baersch et Lersch, in Jahrb. d. Vereins v. Alt. im Rh. I. 44.

3. VASSO. Nominativum habet Baerschius et Caletini filium putat designari. Lerschius vero Vassonem Caletinum et Mandolinium Gratum la-

pidem Mercurio vovisse putat. Nec tamen inepte quis, me judice, Vassum Mercurii nomen Germanicum existimaret, uti Cambum, Cessonium, alia.

CCLXXIII.

VERBEIAE
SACRVM
CLODIVS
FRONTO
PRAEF. COH.
II. LINGON.

Verbeiae sacrum. Clodius Fronto, praefectus cohortis secundae Lingonum, (posuit).

Ara ad domus alicuius introitum in oppido Wely in ducatu Eboracensi reperta.

Cf. Gruter, Thesaur. 89. 7. Camden, Brittannia, 396. Horsley, Brit. Romana. 192. 52. XIV. Orelli, Inscript. Lat. I. 359. 2061. J. Berger de Xivrey, Lettre à M. Hase sur une inscript. lat. de sec. siècle, trouv. à Bourbonne-les Boins (Par. 1833). 38.

1. Numen fluviale Verbeiam habet Camdenus. Locum, ubi detectus est lapis, praeterfluit flumen *Wherf.*

3. 4. Hos versus coniunxit Orellius.

4. PRAEF. Bergerus PREF.

6. Hunc versum non exhibet Horsleius.

CCLXXIV.

PRO SALVTE ET
VICTORIA EXX. G.
APOLLINI ET VER
IVGODVMNO
TRIBVNALIA DVA
SETVBOGIVS ESVGGI
F. D. S. D.

Pro salute et victoria exercituum Galliae Apollini et Veriugodumno tribunalia dua Setubogius Esuggi filius de suo dedicat.

Titulus superiori saeculo Ambiani repertus.

Cf. Ducange, Diss. s. l. médaill. d. Bas-Emp. 54. Martin, Rél d. Gaul. II. 369. Muratori, Nov. Thes. IV. 1986. 7. Spon, Miscell. Erud. Antiq. 109. 88. Cannegieter, de mut. nom. Rom. Rat. 221. Orelli, Inscr. Lat. I. 359. 2062.

6. SETVBOGIVS. Nomen aliunde incognitum. Forte explicandum: S*acello* E*recto* TVBOGIVS, aut S*uis* E*xpensis* TVBOGIVS; hoc tamen vetat versus postremus idem referens. Tubogium cognovimus ex hoc titulo a. 1673 Andomatuni reperto:

APOLLINI IVLIA
BELLORIX
ABREX TVB
OGI F. EX VO
TO SVSCEPT
O

Cf. Hist. de l'Acad. d. Inscr. et B. L. IX. 140.
ESVGGI. In lapide, quem primum in lucem

protraxit cl. Ferruccius, professor Genevensis, in Sabaudiae vico Passy detecto, legimus:

MARTI
A. ISVGIVS. A. F.
VOLT. VATVRVS
FLAMEN AVG
II VIR AERARI
EX. VOTO.

Cf. Mém. d. l. Soc. d'Hist. et d'Archéol. de Genève. I. 271. Orelli, Inscript. Helvet. 139. 77. Hunc Isugium cum nostro Esuggio vel Esuggo recte comparasse videtur Lerschius, in Jahrb. d. V. v. Alterthumsfr. im Rheinl. IX. 60. Minus tamen recte ab eodem allatum video monumentum apud Vesontinos effossum, a Schoepflino illustratum (Alsat. I. 467):

APOLLI. ET. MERC.
ESVCCVS. MINERV. ST.
BICCVS. OL. RI.
V. S. L. M.

Nimirum emendatior textus non hominem *Esuccum* sed deum *Visucium* refert. Cf. infra, No. CCLXXXII.

CCLXXV.

TVTELAE AVG.
VESVNAE
SECVNDVS
SOTER L. D. S. D.

Tutelae augustae Vesunae Secundus Soter, loco dato senatus decreto.

Ara Vesunnae (*Perigueux*) reperta.

Cf. Sirmondi ad Sidon. Apol. II. 8. Grut. Thes. 105. 1. Martin, Rél. d. Gaul. II. 200. Le Beuf, sur quelques Antiquités de Perigueux, in Hist. d. l'Acad. Roy. d. Inscr. et B. L. XXIII. 203. Mone, Gesch. d. Heidenthums im Nordl. Europa, II. 418.

1. VESVNAE. Sic legendum. Gruterus, Martinius et Monius legunt: VESVNNAE.

4. Gruterus habet: SOPTI. L. D. S. D. Alios scripsisse SOTER D. S. D. affirmat doct. Le Beuf, ubi ipse haec se legisse testatur: SOTƎ F DIC.

CCLXXVI.

VESONTI
CODDACAT
VS CATVLLI FIL.
V. S. L. M.

Vesontio Coddacatus, Catulli filius, votum solvit lubens merito.

Ara Vesontione reperta, sed inter spurias referenda.

Cf. Chiffleti Vesont. 75. Dunod, Mercure Suisse, 1743. (Jan.) 5. Orelli, Inscript. Lat. I. 359. 2064. Vid. et Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 38.

CCLXXVII.

MARTI VINTIo
M. RVFINIVS FELIX
SAL. IiiiiI VIR ET IN
COLA CEMENEL.
EX VoTo S.

Marti Vintio Marcus Rufinius Felix, Saliniensis, sevir et incola Cemenelensis, ex voto suscepto (posuit).

Ara Vinciae reperta.

Cf. Licet. de lapid. Magurii Divinat. in Miscell. Ital. II. 228. Spon, Miscell. erud. Antiq. 93. Grut. Thes. 58. 8. Keysler, Antiq. Septentr. et Celtic. 445. Cluver. Ital. Antiq. 67. Iofredi, Nicaea civit. 10. Bouche, Chorographie d. Provence. 283. Bouquet, Script. Rer. Gall. I. 136. Maffei, Ars Critica Lapid. 280. Martin, Rél. d. Gaul. I. 501. Muratori, Thes. Nov. Inscr. I. 45. 4. Donat. Supplem. 25. 2. Papon, Hist. de Prov. I. 10. Millin, Voyage aux dép. du Midi d. l. France. III. 10. Orelli, Inscr. Lat. I. 359. 2066.

1. Martinius unum hunc refert versum, et legit VINCIO: sequitur illum Orellius. Literae NT sunt coniunctae.

2. Orellius legit: M. RVFINVS FIL.

3. SAL. Hunc Rufinium ex oppido Seillens, prope Faience, oriundum putat Danvillius. Cf. Millin, l. l..

4. Syllabas ET IN huc retulit Orellius.

Cemeneleon oppidum eiusve incolas plures memorant inscriptiones. Prope ipsam urbem (Cimiez) haec ineunte hoc saeculo eruta est:

QVIR LAVRO DE
CVRIONI CEME
NELENSIVM
EQVO PVB
AEBVTIA LAVREA
MATER
D. D.

Vid. Millin, l. l. II. 541. Memorabilis huc quoque spectat Matronarum Vediantiarum ara, quam exhibui in Commentatione vernaculo sermone

de Deabus Matribus et Matronis conscripta, p. 139. CLXXIV. Alius titulus, apud Sponium, in Miscell. 163. 1 sic emendandus:

CORNELIAE SALO
NINAE
SANCTISSIM. AVG.
CONIVG. GALLIENI
IVNIORIS AVG. N
ORDO CEMENEL.
CVRANT. AVRELIO
IANVARIO. V. E.

Addatur alter, qui ordinem Cemenelensium similiter nuncupat:

P. AELIO
SEVERINO
V. E. PRAESID.
OPTIMO
ORDO CEMENEL
PATRONO

5. Ultimam literam s non habet Orellius ad Sponii exemplum, quem secuti sunt plurimi editores, quique totam inscriptionem sic referunt:

MARTI VINCIO.
M. RVFINVS SAL. IIIIII VIR
ET INCOLA CEMENEL EX VOTO.

CCLXXVIII.

DEO VINTIO
POLLVCI
CN. TERENTIVS
BILLIONIS FILIVS
TERENTIANVS
EX VOTO.

Deo Vintio (et) Polluci Cneius Terentius, Billionis filius, Terentianus ex voto.

Ara Saxone Sesellii in Gallia reperta.

Cf. Reines. Synt. Inscr. 209. 271. Martin, Rélig. d. Gaul. II. 84, Orelli, Inscript. Lat. I. 359. 2065.

1. Nonnulli legendum existimant INVICTO.
4. Martinius habet: BILLONIS.

CCLXXIX.

DEO. MERCVRIO. VI
SVCIO. ET SACTE. VI
SVCIE. P. QVARTIONIVS
SECVNDINVS. DECV
. . IVI . SVMA . . . IV. V. S. L. M.

Deo Mercurio Visucio et Sanctae Visuciae Publius Quartionius Secundinus, decurio civitatis Sumalocennae..., votum solvit lubens merito.

Ara a. 1832 prope oppidum Köngen in Wirtembergia ad Neccarum reperta, hodie vero Musei Stuttgardtiensis ornamentum. Superior monumenti pars fere deleta, at supersunt vestigia figurarum duarum, deum fortasse deamque significantium.

Cf. Pauly, Würtemb. Jahrb. 1833. I. 30. Wilhelmi, Drittes Bericht a. d. Sinnh. Gesells. V. 83. Pauly in Jahn u. Seebode, Neue Jahrb. f. Philol. u. Paedag. 1833. Suppl. II. 210. Stälin, in Wurtemb. Jahrb. 1835. I. 30. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rh. I. 38. 63. Graeff, das Antiquarium zu Mannheim. 13.

3. Nonnulli: POVARTIONIVS.

5. IV. Deëst haec nota in Graeffii textu. — Alii deum Visucium ad Vesontionem in Gallia, alii ad fluviolum Weschnitz sive Wechniz referunt. Lameius Visucium explicat per Wizgoz, conflatum ex Wiz et Goz vocabulis, *sapientem Deum* vel verum vel fictitium designantibus. Cf. A. Lamey, Diss. ad lapid. quosd. Rom. invent. ad Neccarum, in Act. Acad. Theod. Palat. I. 203.

CCLXXX.

VISVCIO
ADEM CVM SIGN
C. CANDIDIV.
CALPVRNIANV.
DCCSN ET MED
C NEMET FEC

Visucio aedem cum signis Caius Candidius Calpurnianus septingentis sestertiorum nummis et mille et ducentis civitas Nemetensis fecit.

Monumentum superiori saeculo in monte sancto prope Heidelbergam inventum, indeque in vicum Handschuchsheim primum, deinde Mannhemium translatum, ubi hodie in Museo Antiquario servatur. Lehnius illud in vico Godramstein repertum esse putabat.

Cf. Kayser, Histor. Schauplatz der St. Heidelberg, addit. 2. Lamey, Lapid. Rom. ad Neccarum, in Act. Acad. Theod. Palat. I. 203. Creuzer, zur Gesch. alt-röm. Cultur, 51. 100. Orelli, Inscript. Lat. I. 359. 2067. Steiner, Cod. Inscript. Rom. Rh. I. 77. 131. Graeff, Grossherz. Antiq. zu Mannheim, 13.

2. Orellius et Graeffius habent AEDEM: nostram tamen lectionem probat egregia monumenti imago apud Lameium, l. l. tab. II. 2. Errorem fabrilem notavit idem contulitque lapidem ap. Muratorium, Nov. Thes. 1410. 12, ubi ADICVLA pro AEDICVLA.

3. O CANDIDIV. Ita Graeffius *αὐτόπτης*. Restitui tamen ex Actis Acad. Palat. C, quam et habent cum Steinerus tum Orellius. Mercurio itidem eodem in loco alius Candidius similiter aram dedicavit:

MERCVRIO
BASEM CVM (*signo*)
L. CANDIDIV(S)
CATO R D C
F. S. L. L. M.

4. *Calpurninum* huius aedis auctorem dixit Steinerus, *Calpurnanum* Lameius. Uterque minus recte. Scilicet litera I cum N contracta lectionem Graeffianam probat.

5. 6. Nec Creuzerus neque Orellius hosce protulit versus. Exhibet Graeffius aliorum interpretationem loci satis difficilis: *Decurio civium collegii seniorum et medicus civitatis Nemetensis.* Offenderet quoque (ita Lameius) in litera D posteriore virgula interior transversa, qua vocalis E indicari solet, ut hinc syllaba MED prodiret, nisi similis nota, quingentos denotans, in aenea obli-

gationis praediorum tabula apud Maffeium (Mus. Veron. 403) et alibi compareret. Summam pecuniae, in aedium sacrarum constructionem impensae, in aliis titulis legi notissimum est. Graeffius pro MED legit MDC.

CCLXXXI.

VISVCIO
MERCVRI.
SENILIS
MAS. S. F.
V. S. L. L. M.

Visucio Mercurio Senilis, Massiliensis, Senilis filius, votum solvit lubens laetus merito.

Titulus a. 1845 Hockenhemi in Dioecesi Nemetensi effossus. Ad seriora eum referendum esse tempora, nummi duo Gordiani et Philippi cum illo ibidem reperti arguere videntur.

Cf. Rappenegger, Die Römische Inschriften, welche bisher im Grossherzogthum Baden aufgefunden wurden (Mannh. 1846) II. 93.

4. Memorabilem inprimis hanc nuncupare licet aram propter Massiliensis negotiatoris mentionem, qui ob felices forte suos in mercatura successus Mercurio gratias egisse videtur.

CCLXXXII.

APOLLI. ET. MERC.
VESVCIO S. MINERV. ST
BICCVS. VL. RI
V. S. L. M.

Apollini et Mercurio Visucio sive (?) Minervae — — — votum solvit lubens merito.

Monumentum apud Vesontinos effossum. Textum corruptum explicatu iis relinquo, quibus illud inspiciendi est copia.

Cf. Chiffleti Vesont. c. 21. Dunod, Hist. d. Séquanois, I. 203. Schoepflin, Als. illustr. I. 467.

2. Chiffletus: ESVCCVS. Dunodius: VISVCIVS.

3. VL. RI. Dunod: IIVIRI. Visuccium et Biccum duumviros aram vovisse existimavit idem. Equidem Visuccium Mercurii cognomen restituere haud dubitavi, propter Minervae nomen mox additum. Sin vero hominis nomen servari debere indicet verus tituli textus, illud comparari potest cum alio, supra p. 63 (LXXXVI) allato.

CCLXXXIII.

DEO
VITIRI
MXIMV
S V S

Deo Vitirineo Maximus votum solvit.

Ara ad oppidum St. Tabbs in episcopatu Durhamiensi reperta.

Cf. Camden, Britann. II. 139, ed Gibson. Horsley, Brit. Rom. 192. 54. VI. Orelli, Inscr. Lat. I. 359. 2068.

Orellius ita titulum e Camdeno reddit:

DEO VITIRI . . .
MXIMV V. S.

Equidem accuratam Horsleii descriptionem secutus sum.

14

CCLXXXIV.

DEO
VITI
RINE . . .
. . . LIMEO
ROV
P. L. M.

Deo Vitirineo . . limeo Rovus posuit lubens merito.

Ara ad oppidum Madencastle in Northumbria reperta.

Cf. Camden, Brit. 339. II. 200. ed. Gibson. Horsley, Brit. Rom. 231. Orelli, Inscr. Lat. I. 359. 2069.

4. 5. Nomen forte in versu latet quarto, in quinto formula: *redditum ob votum.*

CCLXXXV.

DEO
VIT

Deo Vit(irineo).

Titulus in episcopatu Durhamiensi repertus.

Cf. Horsley, Brit. Rom. 192. 56. XIX.

CCLXXXVI.

DEAE. VNCIAE.
QVINTINVS.
QVINTINIANVS.
QVINTVS.
CANDIDVS.

Deae Unciae Quintinus Quintinianus (et) Quintus Candidus.

Iuliaci in columna templi cuiusdam hanc legi inscriptionem affirmat Eckhartus.

Cf. Huepsch, Epigr. I. 55. 8. Eckhart, de Ap. Gr. 7. Act. Erud. Lips. IX. 348. et in Kuchenbeckeri Anal. Hass. III. 224. Orelli, Insc. Lat. I. 359. 2070. Steiner, Cod. Inscr. Rom. II. 66. no. 762.

Quodnam huic deae cum matribus intercesserit vinculum, de quo Steinerus verba facit, equidem haud scio. Topicum in illa agnosco numen. — „Pro Uncia (ita Eckhartus), si Suncia reponatur, non refragor. Locus Zons ad Rhenum iacens Suncium nobis redderet. Sed Tacitus nobis indicat, Civilem Batavum, Ubiis ad foedus secum contra Romanos ineundem persuasis, Sunicos etiam ut eidem foederi accederent, compulisse. Ergo interius habitarunt, et Sunicium vel Suncium Sunicorum vicus fuerit eo loco, ubi in ducatu Limburgensi vicus Sunich vel Sinnich cernitur." — Hagenbuchius vero huic loco adnotavit: „VNCIAE retineatur, utut Zons placeat. Zons tunc idem, quod z'Ons seu t'Ons. Articulus interdum nominibus accrescit."

CCLXXXVII.

NVMIN. AVGVSTOR.
DEO VOLIANO
M. GEMEL. SECVNDVS ET C. SEDAT. FLORVS
ACTOR. VICANOR. PORTENS. TRIBVNAL
CM. LOCIS EX STIPE CONLATA POSVERVNT.

Numinibus Augustorum. Deo Voliano Marcus Gemellus Secundus et Caius Sedatus Florus, actor

vicanorum portensium, tribunal cum locis ex stipe conlata posuerunt.

Ara marmorea, a. 1580 prope urbem Nannetensem reperta.

Cf. Gruter, Thes. 1074. 10. Martin, Rél. d. Gaul. II. 8.

CCLXXXVIII.

DEO VOLIANO
IVL. MARCIA
NVS EX VOTO
V. R. L. L. M.

Deo Voliano Iulius Marcianus ex voto votum retulit laetus lubens merito.

Lapis Augustae Vindelicorum (Augsburg) repertus. Orellius oppidum nuncupat Rhiusivam in Suevia, praeeunte Donato. Neque hodie superest.

Cf. Bianconi, Lettere al Marchese Filippo Hercolani sopra alcune particolarità della Baviera (Lucc. 1763) 207. 257. Donatus, Suppl. Nov. Thes. Murat. I. 53. I. Orelli, Inscript. Lat. I. 360. 2071. Von Raiser, Oberdonaukreis. III. 73. Hefner, das römische Bayern (ed. 2. Monac. 1842) n. 178. Hefner, Römisch-Bayerische inschriftliche und plastische Denkmäler, in Abhandl. d. philos. philol. Classe d. Koen. Bayer. Akad. d. Wiss. IV. 2. (Monac. 1846) 146. I.

1. Legendum censet Hefnerus: VOLKANO, uti habent alii tituli ap. Grut. 1014. 3. 4. 1069. 4. 5. 356. 3. Murat. I. 59. 3. 4. 6. Marini, Atti e Monumenti de' Fratelli Arvali. II. 357. 8. At cum lapis sit deperditus, et editio princeps lectionem VOLIANO vindicarit, atque inprimis titulus Nannetensis idem habeat, neutrum praeterire ausus sum.

2. MARCIANVS saepius reperitur in lapidibus, v. c. in his Vasionensibus:

D. M.
MARCELLINAE
MATERNIF FILIVS
MARCIANVS
MATRI OPTVMAE

T. MARCIANO PR. VAS.

Cf. Millin, Voyage dans les Dép. du Midi de la France, IV. 151. 152. In sphragide aenea in Museo Antiquario Lugduno-Batavo obvia:

FADIORI FEL ET MARCIANI

4. De notis V. R. cf. Hefner ad h. l. et Janssen, Rom. Beeld. ov. Gedenkst. van Zeeland, 64.

CCLXXXIX.

VOSEGO
MAXSII
MINVS
V. S. L. L. M.

Vosego Maximinus votum solvit lubens laetus merito.

Ara prope oppidum Bergzabern inventa, nunc vero deperdita et a cl. Schoepflino frustra quaesita.

Cf. Gruter, Thes. Inscr. 94. 10. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 79. 486. Orelli, Inscr. Lat. I. 360. 2072. Martin, R. d. G. II. 43. Steiner, Cod. Inscr. I. 113. 194.

VOSEGVS, non vero VOGESVS. Ita quoque Mss. in Lucano (p. 51, ed. Oudend.) Gud. Sax. Peric. p. 27, apud Orellium allegati.

CCXC.

VXOVINO
V. S. L. M.
Q. ANNIVS
BOTTVS.

Uxovino votum solvit lubens merito Quintus Annius Bottus.

Lapis anno 1841 repertus in vico Bonilliorum (*Bonnieux*), prope Aptam Iuliam (*Apt*). Servatur hodie Glani (*St. Remy*).

Cf. Lagoy, in l'Institut. II Sect. Sciences Hist. Archéol. et Philos. 1842, t. VII. no. 78-79. 87.

Ad quamnam regionem vel gentem hic referendus sit deus topicus, equidem ignoro. Nollem cum viro doct. Lagoy cum Uxovini nomine comparare illud Oxybiorum sen Oxyboiorum, quos in Grinnici (*Grasse*) vicinio consedisse docuit cl. Walckenaer. Alterius tituli eundem deum nuncupantis mentionem facit editor laudatus.

CCXCI.

GENIO MERCVR.
ALAVNI. IVL. AC..
NIVS. AVGVST N L
EX. V. S. L. L. M.

Genio Mercurii Alauni Iulius Acronius, Augusti noster libertus, ex voto suscepto (votum solvit) lubens laetus merito.

Inscriptio in basi statuae Mercurii, a 1844 Manhemii repertae. Superior abscissa est pars: titulus vero totus fere adhuc legitur. In Museo antiquario Manhemiensi iam asservatur.

Cf. v. Rappenegger, Röm. Inschr. in Baden, II. 81. 56.

1. Tituli *genio* dei alicuius dicati haud raro reperti sunt in terra Badensi. Legimus in inscriptione Spirensi:

IN H. D. D.
GENIO MARTIS
GNAIVS VINOONIVS MESSOR
V. S. L. L. M.

In alio monumento in tractu Lobenfeldiano a. 1845 effosso invenimus:

GENIO
APOLLINIS
EXORATVS
ET SECVNDA
V. S. L. L. M.

Cf. Creuzer, Schrift. d. Alterthumsvereins in Baden, I. 185. 199. Rappenegger, l. l. II. 87. 91.

2. Alaunium, urbs in Gallia Narbonensi, unde Iulius noster forte oriundus erat. Hunc Rappeneggerus Iulium dicit Aquinium, quod nescio an ferant literarum ductus extriti. De Alaunis vide Reinesium, Syntagm. 175. Et Deas Alaunas se vidisse putat Orellius in titulo Iuvaviensi mox allegando. Orelli, Inscript. Lat., I. 349. 1964.

CCXCII.

MARTI
ALBIORIGI
SEX. CORNELIVS
SACRVM. S.
S. V. L. M.

Marti Albiorigi Sextus Cornelius sacrum. Susceptum solvit votum lubens merito.

Titulus Avenione repertus.

Cf. Roulez, Lettre à M. de Witte, in l'Institut. 1841. VI. 160.

1. Editor legit: MAPTI.

CCXCIII.

I. O. M. ARVBINO
CAMIVS CELER SACERDOS
VRBIS ROMAE AETERNAE ET
IVLIA HONORATA
PRO SE ET SVIS. V. S. L. M.

Iovi Optimo Maximo Arubiano Camius Celer, sacerdos urbis Romae aeternae, et Iulia Honorata pro se et suis votum solverunt lubenter merito.

Ara Salzburgi reperta et servata.

Cf. Kleimayr, Iuvavia, 65. Hefner, Abh. d. philos. philol. Cl. d. k. b. Ak. d. Wiss. IV. 2. 228. Orelli, Inscr. Lat. I. 265. 1221.

1. Legendum forte ARVBINO, A et N coniunctis. Oppidum Arubium aliquando situm erat ubi nunc est vicus Modrush. Cf. Ptolem. II. 17. Anton.

Itiner. 225. Tab. Peuting. segm. VIII. Strabo, IV. 6. 10. VII. 5. 4. Appian. Lib. de Bell. Illyr. 16. Qui plura vult, inspiciat Hefneri commentationem, p. 228, 229, adeatque Ricklefsium ap. Ersch et Gruber, Allg. Encycl. in v. *Arubium.* Strabonis locus de Arupinis, populo praedatore, dignus est, qui afferatur. *Οἱ μεν οὖν* (inquit) *Ἰάποδες πρότερον καὶ εὐανδροῦντες, καὶ τοῖς ληστηρίοις ἐπικρατοῦντες, ἐκπεπόνηνται τελέως ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καταπολεμηθέντες. Πόλεις δ'αὐτῶν Μέτουλον, Ἀρούπεινον, Μονήττιον, Οὔενδον.*

CCXCIV.

I. O. M.
VENVSTINVS
SVMM
SIGNVM
I. ARVB.
CVLTORIBVS
CVM BASE D. D

Iovi Optimo Maximo. Venustinus Summus signum Iovis Arubiani cultoribus cum base dat dicat.

Monumentum prope Iuvaviam (*Salzburg*) repertum, et hodie Musei Monacensis ornamentum.

Cf. Apiani Inscr. Sacro-Sanct. Vetust. 410. Gud. Inscr. Antiq. 10. 5. Megiser, Annal. Carinth. I. 138. Kleimayr, Iuvavia, 58. Schumann, Iuvavia, 276. Vierthaler, Reisen, 63. Buchner, Dokumente, I. 69. Hefner, in Abhandl. d. Ph. Phil. Cl. d. Kön. Bayer. Ak. d. Wiss. IV. 2. 226.

Nomen *Summus* nonnullis scrupulum movit interpretibus. Ex Hefnero didici Schumannum in-

terpretari: VENVSTINVS SVM*tu* M*ilitiae* SIGNVM I*ovis* ARVB*iani* caet.

CCXCV.

I. O. M.
VENVSTINVS
SVM. PONTIF.
SIGNVM. I. ARVB.
CVLTORIBVS
CVM BAS.

Iovi Optimo Maximo. Venustinus Summus, pontifex, signum Iovis Arubiani cultoribus cum base (dedicat).

Lapis ad vicum Arnfels repertus.

Cf. Muchar, Geschichte d. Steiermark. I. 350.

3. 4. Inscriptio ex superiore cum Hefnero est interpretanda. Male Mucharus: *Venustinus, summus pontifex, loci Arupii*, legens vs. 4 SIGNVM L. ARVP.

CCXCVI.

IN. H. D. D. I. O. M.
ARVB. ET SANCTO
BED. VIND. VER'S
BF. COS. LEG. II. ITAL.
P. F. SEVER. EX VOTO
POS. ID. MAIS.
IMP. D. N. SEVE
RO ALEXANDRO
AVG. II. ET MARCELL
LO II. COS.

In honorem domus divinae. Iovi Optimo Maximo Arubiano et sancto Bedaio, Vindelicius Verus, beneficiarius consulis, legionis secundae Italicae piae fidelis Severianae, ex voto posuit, idibus Maiis, Imperatore domino nostro Severo Alexandro Augusto iterum et Marcello iterum consulibus.

Lapis Stötthamii repertus, iam in Antiquarium Regium Monacense transvectus.

Cf. Hefner, in Oberbayer. Arch. VI. 2. 253. Abh. d. K. Ak. d. W. IV. 2. 228.

CCXCVII.

I. O. M. ARVBIANO
ET. BEDAIO. SANCTO
TVL. IVVENIS
BF. COS. LEG. II.
ITAL. ANTONIAN.
V. S. L. L. M.
IDIB. MAIS . .
. . . .
II ET. SACERDOTE. COS.

Iovi Optimo Maximo Arubiano et Bedaio Sancto Titus Iulius Iuvenis, beneficiarius consulis, legionis secundae Italicae Antonianae, votum solvit laetus lubens merito, idibus Maiis, (Imperatore Antonino) altera vice et Sacerdote consulibus.

Lapis Piedenhartii repertus, hodie Musei regii Monacensis ornamentum.

Cf. Hefner, Oberb. Arch. VI. 218. Abh. d. Ak. d. Wiss. IV. 2. 228.

3. In voce TVL literas T et I in unam contractas esse suspicor.

7. 8. Supplendum ex inscriptionibus supra p. 36 et 79 allatis:

IDIB. MAIS. IMP.
D. N. ANTONINO.

CCXCVIII.

DEO
SANCTO
BELATVVA
ARAM.

Deo Sancto Belatucadro aram (posuit . . . .)

Inscriptio monumenti Petrianae (*Plumpton*) reperti.

Cf. Pegge, Remarks on Belatucader, in Archaeologia or Miscellaneous Tracts relating to Antiquity. III. 104.

BELATVVA. Legendum sane: BELATVCA.

CCXCIX.

DEO
BELA
TV CA

Deo Belatucadro.

Ara a. 1766 reperta Axeloduni in Cumbria (*Brough on the Sands*).

Cf. Carlisle, in Archaeologia, I. 308.

CCC.

DEO
MARTI
BELATVCAD
RO ET NVMI
NIB AVGG
IVLIVS AV
GVSTALIS
. ACTORIV L L V
P. I PREF.

Deo Marti Belatucadro et Numinibus augustis Iulius Augustalis Actorius lubens laetus votum perfecit, iubente praefecto.

Ara Bremetenraci (*Castlesteads*) reperta.

Cf. Rooke, on Antiquities in Cumbria and Westmoreland, in Archaeologia, IX. 220.

8. 9. Rookius explicat: *Actorius lubentissime vovit pius praefectus.*

CCCI.

DEO S BE
LATVCA .
RO AV DO
.. VLLINVS
V. S.

Deo Sancto Belatuca(d)ro, augusto domino, (Pa)ullinus votum solvit.

Titulus in Anglia repertus.

Cf. Horsley, Brit. Rom. 194. 22. XXXI.

CCCII.

DEO BERGIMO
L. ARTEMIDORVS.

Deo Bergimo Lucius Artemidorus.

Ara Brixiae reperta.

Cf. Rubei Monum. Brix. 93. Spon, Miscell. erud. Antiq. 117. 102. Keysler, neueste Reisen, ed. Schuetz. t. I. ep. XXXVIII. p. 308.

CCCIII.

NONIAE MACRINAE
SACERD. BERGIMI
B. M.
CAMVNI.

Noniae Macrinae sacerdoti Bergimi bene merenti Camuni.

Ara Cividati in agro Brixiano reperta.

Cf. Rubei Monum. Brix. 93. Spon, Misc. erud. Antiq. 117. 102. Keysler, neueste Reisen, I. 308. Donati Suppl. Mur. I. 79. 3. Orelli, Inscript. Lat. I. 376. 2194.

E Schedis Petri Gnocchi, in quibus plura suspecta hunc desumtum esse titulum testatur Orellius. Fictitius esse videtur.

CCCIV.

D.O MERCVRI
O BIAVSIO
.IMPLICIVS
INGENVS
V. S. L. M.

D(e)o Mercurio Biausio (S)implicius Ingenuus votum solvit lubens merito.

Inscriptio in basi statuae ad pagum Ubbergen repertae.

Cf. Antiquiteiten door Westendorp en Reuvens, II. 2. 232. Janssen, Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfreunde im Rheinlande, VII. 58.

2. Litera O in versus initio non satis perspicua videtur.

„Het is een geloftesteen (ita auctor in Collectaneis Archaeologicis Belgicis, l. l.) aan Mercurius met den bijnaam van ..BIAVSIVS of ..BLAVSTVS toegewijd, eenen bijnaam, waarschijnlijk ontleend van eenige plaats of streek in de nabijheid van Nijmegen, waar hij bijzonder vereerd werd."

3. [S]IMPLICIVS. Ita nos ex Janssenii auctoritate. In monumenti tamen effigie, a Schevichaveno curata, literae S nullus reperitur vacuus locus.

4. V, loco duplicis VV. Similiter VITRVIA ap. Jahn, Spec. Epigr. in memor. Olai Kellermanni, 94. AEVM ap. Orell. 339. AEDITVS ap Orell. 1769. 2850. PERPETVS ap. Orell. 2092. BATAVS ap. Orell. 4476. AVNCLO ap. Millin, Voyage, IV. 223. IVENTIA ap. Millin, IV, 257. Lersch, Jahrb. d. V. im Rh. I. 40. 81. II. 100. Sexcenties alibi. Cf. et Gruter. 3067. Orell. 3588. et

Klein in Zeitschrift d. Alterth. Vereins zu Mainz I. 217. 71.

CCCV.

DEO. APOL
LINI. BORVONI
ET. DAMONÆ
C. DAMINIVS
FEROX. CIVIS
LINGONVS. EX
VOTO.

Deo Apollini Borvoni et Damonae Caius Daminius Ferox, civis Lingonus, ex voto.

Titulus die sexto mensis Ianuarii a. 1833 in oppido Bourbonne-les-Bains repertus. Monumenti effigiem egregie expressam praebet Bergeri liber mox laudandus.

Cf. J. Berger de Xivrey, Lettre à M. Hase sur une inscription latine du second siècle, trouvée a Bourbonne-les-Bains (Par. 1833). Neue Jahrb. f. philol. u. Paedagog. 1834. XI. 3. 302. Caeterum scriptoribus, qui de Apolline Borvonio sua protulerunt, quosque supra laudavi, addantur: Jean le Bon, des Bains de Bourbonne-les-Bains, Lyon 1590. Thibault, Petit Traicté des eaux et bains de Bourbonne. Langres 1658. H. Gautier, Diss. s. l. eaux minerales de Bourbonne-les-Bains. Troyes 1716. Lempereur, Diss. hist. s. div. suj. d'Antiq. Par. 1705. VI. Tournemine, Mém. de Trév. 1716. 851. Chevailler, Mém. et Observat. sur les effets des eaux de Bourbonne-les-Bains en Champagne, dans les maladies hystériques et chroniques, Par. 1772. Calmet, Traité hist. des bains de Plombières, de Bourbonne de Luxueil et de Bains. Nancy 1748. 48. 214. Rénard Athenase, Bourbonne et ses eaux thermales, Par. 1826. Ballard, Précis des eaux thermales de Bourbonne-les-Bains. B. l. B. 1831. Hosce e Bergero excitare praecipuos sufficiat: alios multosque ex eodem cognosce.

2. Bergeri liber nondum ad me fuit allatus, cum inscriptiones prelo traderem, supra ns. LX.

LXI et LXII editas. Hic itaque monere liceat, in illa, quam altero loco nuncupavi, priori versu literam quam forma retuli II, penitus intercidisse rectiusque legi TA, secundo autem non LATINIVS sed IATINIVS esse legendum. Docet idem literas IN G neutiquam esse interpretandas IN G*allia*, sed significare ING*enuus*. Vid. l. l. 103, 104. In vs. 6 vir doct. legit E COCILLAE, sed monumenti effigies docet scriptum esse E COCIILAE, quod artificis errori tribuendum.

Daminii nomen numquam, Ferocis cognomen saepissime legitur in inscriptionibus. Praeter Cn. Pompeium Ferocem Licinianum, qui cum C. Pomponio Rufo consulatum gessit, cognovimus M. Valerium Ferocem (Grut. 301. 1), Annium Ferocem (Grut. 330. 2), Q. Caecilium Ferocem (Grut. 304. 1), alios. Cf. inprimis Berger de Xivrey, l. l. 105-109.

6. LINGONVS. Ita scriptum pro *Lingo*, uti in Martialis epigrammate 75:

Dum repetit sera conductos nocte Penates
Lingonus a Tecta Flaminiaque recens.

Hunc autem populum in inscriptionibus haud semel referri, testantur tituli, supra (CLXXII et CCLXXIII) editi.

7. In alio titulo iisdem diis dicato (LXI) ultimo versu legi FIL. C. EX VOTO. At litera C ibi non invenitur, sed signo excipitur diacritico. In tertio denique titulo (LX) vs. 2 legendum esse BORMONI ET DAMONAE nuperrime docuit doct. Chevrier, in Epistola ad virum celeb. Letronne, in-

sertum Ephemeridibus inscriptis Revue Archéologique, 1846 (15 Dec. IX). 583.

CCCVI.

IN. HON . . . . . .
. . I. MARTI. C
ABETIO. SIMVL
LACLVM . C. AR
TSR. CON. V. S. L. L. M.

In honorem domus divinae. Marti Cabetio simulacrum cum ara — — votum solvit laetus lubens merito.

Titulus, qui aliquando Ecclesiae vici Erbstetten infixus fuisse dicitur.

Cf. Studion, vera origo ill. dom. Wirtemb. 42. Staelin, in Wirtemb. Jahrb. 1835. I. 66. Steiner, Cod. Inscr. Rom. Rheni, I. 25. 40.

1. Evanuisse videntur literae D D. Quid vero significat litera I vs. 2? Num forte haec tabula Iovi et Marti et Cabetio numini ignoto fuit dicata? Lapidem deperditum illustrare nemo facile tentabit.

CCCVII.

CAMVLO VIROMANDVO

Camulo Viromandus votum obtulit.

Inscriptio praegrandibus literis lapidi Augustonemeti (*Clermont*) reperto infixa.

Cf. Mérimée, in Revue Archéol. I. 253.

VIROMAND. Nomen hominis Deum in Picardia cultum arguere videtur Merimeo.

CCCVIII.

DEO COCIDI
COH I AEL
. . . .
. . A . . V S

Deo Cocidio cohors prima Aelia Dacorum — — — (pr)a(efectus) votum solvit.

Lapis in Anglia repertus.

Cf. Horsley, Britannia Rom. 192. 41. XVII.

CCCIX.

DEO
SANCTO MARTI
COCIDIO VIBINIVS
LVCIVS BI. CoS.
V. S. L. M.

Deo sancto Marti Cocidio Vibinius Lucius, beneficiarius consulis, votum solvit lubens merito.

Ara Lancastriae reperta.

Cf. Archaeologia or Miscellaneous Tracts, XIII. 401.

4. BI. COS. Legendum videtur BF. COS. Auctor Anglus hic nomen BALBI scriptum putat. In postremo denique vocabulo idem observavit literam minusculam o forte signum diacriticum significare adeoque explicandum esse *communi sumptu.* At cum sociorum Vibinii nulla in monumento facta sit mentio, haec explicandi ratio reiicienda videtur.

CCCX.

IN. H. D. D. DEA.
EPONE. VICA.
I. BELG. P. CV
RANTE. G. VEL
ORIO. SACRIL
LIO. Q.

In honorem domus divinae. Deae Eponae vicani Belginates posuerunt, curante Gaio Velorio Sacrillio, quaestore.

Monumentum Belgini in Treveris repertum.

Cf. Chassot von Florencourt, Der vicus Belginum am stumpfen Thurm und die Denkmale der Göttin Epona, in Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinlande, III. 47.

2. EPONE loco EPONAE.

3. BELG. De Belginatibus cf. Chassot von Florencourt, l. l. 51.

CCCXI.

IN. H. D. D
DEAE. EPONÆ
L. ATTVCIVS
VECTISSVS
D. D.

In honorem domus divinae. Deae Eponae Lucius Attucius Vectissus dedit, dicavit.

Inscriptio lapidis piramidalis, Belgini reperti, hodie in Museo Treverensi servati.

Cf. Chassot von Florencourt, Jahrb. d. V. v. Alterthumsfr. im Rh. III. 48. V. VI. 336.

2. Ultimae duae literae sunt ligatae.

CCCXII.

HERCVLI ET EPONAE
AVG
PRO. SALVTE. IMP. CAES
M. AVR. ANTONINI
PII. FELICIS
INVICTI
. . . .
. . . .

Herculi et Eponae augustae pro salute Imperatoris Caesaris Marci Aurelii Antonini Pii felicis invicti — — .

In Carinthia, valle Larentina.

Cf. Gruter, Thes. 87. 5. Vid. et Wiener Jahrb. d. Literat. CVIII. 70. 71.

CCCXIII.

I. O. M.
EPONAE
ET CELEIAE
SANCTAE
M. SILIV..
. . . .

Iovi Optimo Maximo, Eponae et sanctae Celeiae Marcus Silius (votum solvit lubens merito).

Monumentum Celeiae repertum. Idem cum illo, quod no. CX adtuli, habendum esse, testatur doct. Seidl; quod si verum est, hoc uno loco solita Mucharum fugit diligentia, quae in novissimo eius opere ubivis conspicitur.

Cf. W. Jahrb. d. Literatur. CVIII. (1844). 69. Add. W. Jahrb. LV. 25. Zeitschrift f. Alterthumsw. 1837. 396.

CCCXIV.

BEDAIO. AVG
SACR. ALOVN
AR. SETONI
VS. MAXIM
IANVS. ET
FIR. FIRMI
NIANVS. II. VIR
PERPETVO. ET CORNEL. COS.

Bedaeo Augusto sacrum (et) Alounis, Arius Setonius Maximianus et Firmius Firminianus Duumvir (votum solverunt), Perpetuo et Corneliano consulibus.

Ara a. 1813 in oppido Chieming reperta: inde Rosenhemium et denique a. 1816 in Antiquarium Regium Monacense est transvecta.

Cf. J. v. Hefner, die röm. Denkmäler Oberbayerns, in Oberbayer. Archiv. III. 2. 248. Idem, das römische Bayern in antiquarischer Hinsicht. Ed. alt. (Monac. 1842.) no. 187. Idem, d. röm. Denkmäler Oberb. u. d. Kön. Antiquariums (Monac. 1844). 38. VI.

1. 2. Iisdem diis dicatum est monumentum, supra no. LI descriptum. Tituli vero, quem ad librorum editorum fidem retuli, emendatiorem

hunc mihi textum suppeditavit cl. Hefnerus, monens illam quoque a. 1816 in Antiquarium Regium Monacense translatam esse aram. En illius lectionem:

BEDAIO. AVG.
ET. ALOVNIS
SACR.
C. CATIVS
SECVNDIA
NVS II VIR
IMP. ANTONIN.
II ET SACERDOTE COS.

2. ALOVNIS. Aliam quoque aram his dicatam memorat Orellius, Inscript. Lat. I. 142. 1995, ex quo illam recepi in opusculo: De Moedergodinnen, 80. 107. Hanc vero neque exstare neque umquam exstitisse iam docuit cl. Hefnerus. Scilicet Agunti (*Innichen*), in confinio Tirolis et Carinthiae, eiusmodi repertus ferebatur titulus:

GADOLO AVG
ET ACOVNIS SACR
C. CATIVS II VIR
IMP. ANTONINO II ET SACERDOTE COSS.

At nihil aliud est, nisi depravatus textus inscriptionis, quam Bedaio et Alounis vovit Catius ille Secundianus. Nimirum Mich. Huberus in Agunto suo, a. 1796 Oeniponti edito, non BEDAIO sed GABALO scripserat, uti iam antea Ios. Reschius in Supplementis ad Monumenta Brixiniensia (Brix 1776) GADALO ediderat. GADOLO

vero primum legitur in Muchari Norico, a quo novum titulum, ab inscriptione BEDAIO ET ALOVNIS dicata diversum, mutuatus est Orellius. Gadolum ergo, Hefnero duce, e deorum indigenarum numero reiiciendum existimavi.

8. Referendum ergo hoc monumentum ad a. p. Ch. n. 237, Publio Titio Perpetuo et Lucio Ovinio Rustico Corneliano consulibus.

CCCXV.

APOLLINI
GRANNO ET
POMONAE
AN . . . . O
N . . . . IO
V. S. L. L. M.

Apollini Granno et Pomonae An(tonius) — — —
votum solvit lubens laetus merito.

Ara, antea in coenobio Baumberg servata, deinde Irsingiae exposita, iam vero (d. 15 Febr. 1845) in Antiquarium Regium Monacense transvecta.

Cf. Hefner, Römisch-bayerische inschriftliche und plastische Denkmäler, in Abhandl. d. philos. philol. d. K. b. Ak. d. Wissensch. IV. 2. 164. 8.

3-5. Hi versus perquam sunt abstriti. Apollinis Granni coniunctionem cum Pomona ex uno hoc didiceris titulo.

CCCXVI.

APOLLINI GRANNO ET SANCTAE HYGIAE . . . . .
TIS AEDIVM IPSORVM PRO SALVTE SVO LVC . .

Apollini Granno et Sanctae Hygiae (cum ornamen)tis aedium ipsorum pro salute suorum Lucius (dat dicat).

Lapis ineunte hoc saeculo Faimingae repertus, hodie Augustae Vindelicorum servatus.

Cf. Neub. prov. Blätt. 1828. 12 Dec. Von Raiser, Gesch. v. Lauingen, 18. 6. Von Raiser, Oberdonaukreis, II. 34 et fig. 62. Hefner, in Abhandl. d. philos. philol. Cl. d. K. bayer. Akad. d. Wissensch. IV. 2. 166.

1. ET SANCTAE. Olim legebatur: DIT ANC. Et ipse Raiserus aliquando ediderat: ANCIAE. In monumenti vero effigie haec leguntur:

APOLLINI GRANNO ET SANCTAE HYGIAE
TIS AEDIVM IPSORVM PRO SALVTE LVC.

CCCXVII.

HERCVLI SA
XANO
COELIVS
MARCELLVS .
. XGETQVEO
COMMILITO
NES V S L M

Herculi Saxano Coelius Marcellus, (centurio legionis) decimae geminae et qui sub eo sunt commilitones votum solvunt lubentes merito.

Ara Antonaci reperta, hodieque Neomagi in curia servata. Inscriptio, quam hucusque ineditam putat Ianssenius, bis iam inlucem protulerat Cannegieterus.

Cf. Cannegieter, in Brittenb. 102, et in Postumo, c. XVII, p. 169. Janssen, in Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinl. VII. 43.

5. Explicuit Cannegieterus: ETQVE O(*mnes*).

CCCXVIII.

H. E. R. C. V. M. A. G. V.

Herculi Magusano.

Inscriptio in armilla Bonnae reperta.

Cf. Lersch, Centralmuseum rheinländ. Inschriften, III. 86. 147. Vid. et quae attulimus in Ephemeridibus Algemeen Letterlievend Maandschrift. 1847. 2. 143.

CCCXIX.

M. CVSA. H...

M(a)cusano Herculi.

Ita interpretatus est fragmentorum duorum lapidum nuper Treviris repertorum inscriptiones doct. Schneider.

Cf. Ulrichs, in Jahrb. d. Vereins von Alterth. im Rheinl. III. 97, et quae diximus in Alg. Letterl. Maandschrift. (1847). 2. 144.

CCCXX.

LEHERENO
MARTI
TITVLLVS A
MOENI. F.
V. S. L. M

Lehereno Marti Titullus Amoeni filius votum solvit lubens merito.

Ara reperta in Pyrenaeo montium iugo iamque in Museo Tolosano exposita.

Cf. Mérimée, in Revue Archéol. I. 252.

CCCXXI.

LEHERENNO
DEO
MANDATV
MASVETRE
V. S. L. M.

Leherenno Deo Mandatus — votum solvit lubens merito.

Monumentum repertum et servatum uti superius.

Cf. Mérimée, in Revue Archéol. I. 252.

4. Legendum forte MANSVETI F., literis A et N ligatis.

CCCXXII.

LEHEREN
MARTI
RVMEIX
PVBLIC
V. S. L. M.

Leherenno Marti Rumeix publicanus votum solvit lubens merito.

Monumentum in Pyrenaeo montium iugo repertum hodieque Musei Tolosani ornamentum.

Cf. Mérimée, in Revue Archéolog. I. (1844). 252.

CCCXXIII.

MARTI
LEHERENN
INGENVVS
SIRICONS
V. S. L. M.

Marti Leherenno Ingenuus Siriconsus votum solvit lubens merito.

Ara in montibus Pyrenaeis reperta hodieque in Museo Tolosano reposita.

Cf. Mérimée, in Revue Archéolog. I. (1844). 252.

CCCXXIV.

LE.... NHVS.

Leherenhus.

Inscriptio in monumenti Argentorati reperti superiori parte. Superscripta est effigiei herois vel dii, clypeo, gladio et framea ornati, addito gallo. Servatur in bibliotheca Argentoratensi.

Cf. Mérimée, sur un bas-relief du Musée de Strasbourg, in Revue Archéol. I. (1844). 250-253.

CCCXXV.

LIXONI
DEO
FAB. FESTA
V. S. L. M.

Lixoni Deo Fabia Festa votum solvit lubenter merito.

Ara marmorea, a. 1764 prope oppidum Bagnères reperta.

Cf. d'Orbessan, Dissert. sur les bains de Bagnères de Luchon, in Mélanges hist. et crit. (Toulouse 1768). I. 295.

1. Lixonem deum esse topicum vici Luchon, quisque intelligit.

CCCXXVI.

MARTI. ET.
NEMETONAE.
SILVIN. IVSTVS.
ET. DVBITATVS.
V. S. L. L. P.

Marti et Nemetonae Silvini Iustus et Dubitatus, votum solventes lubenter laete, posuerunt.

Lapis a. 1835 ad vicum Altrip repertus.

Cf. Jaeger, Erster Jahresbericht des historischen Vereins der Pfalz. (Spir. 1842). Lersch, in Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande, II. 121.

2. Nemetona, Dea Nemetum sospitatrix. Vix autem Lerschio assentior, illam, propter synedriam cum Marte in nostro monumento, Bellonae aequiparanti. Nemetum civitatem indicant et duo milliaria, a Iaegero et Lerschio allata, Spirae item reperta: IMP. CAESAR. VAL. LICINIO. . LICINIO. PIIO. .NV. AVG. C(*ivitas*) N(*emetum*) L(*eugae*) II. Alterum hanc habet inscriptionem: IMPERATORI CESARI. VALERIO. LICINIANO. LICINIO. NOBILISSIMO. CESARI C. N. L. XIII.

3. SILVIN*i* an SILVIN*ii*? Silvinus et in monumentis iam diu cognitis (v. c. ap. Murat. 1487. 14) memoratur, et in ara Tungris a. 1844 reperta, cuius inscriptionem vide in Annalibus: Messager des Sciences Hist. 1845. 185.

CCCXXVII.

NOREIA. I . . . .
AV . . . .
DE . . . .
AVG . . . .
P. . . . .

Lapis prope oppidum Feistritz in Carinthia effossus.

Cf. Seidl, Anzeigebl. z. W. Jahrb. d. Liter. CII. (1843). 4.

CCCXXVIII.

NOREIAE . . .
SACRVM . . .
TIMIVS . . .
DIANVS . . . .
NVS CO . . . .
BREVC. P. F . .
.AN. PRO SE . .
V. R. L. L. . .

Noreiae (Augustae) sacrum. (P. Sep)timius (Gor)dianus, (deca)nus co(hortis) primae Breucorum piae fidelis, (dans di)can(s) pro se (et suis) votum retulit lubens laetus merito.

Monumentum m. Iulio a. 1808, in ruinis Ecclesiae St. Martini Weihmoertingiae repertum, iam in Museum Societatis Historicae Bavariae Inferioris, quod est Landeshuti, transvectum.

Cf. Intelligenzbl. d. Unterdonaukr. 1809. 35. Inland, 1830. 103. 411. Von Raiser, Drusomagus-Sedatum. Augsb. 1825. 56. 4. Oestreich. Archiv. f. Geschichte, v. Ridler. I. (1831). 12. Hefner, röm. Bayern. 184. Hefner, in Abhandl. d. philos. philol. Cl. d. Bayer. Akad. IV. 2. (1846). 222.

CCCXXIX.

SVLIVIAE
IDENNICAE
MINERVAE
VOTVM.

Suliviae, Idennicae, Minervae votum.

Ara Nemausi reperta.

Cf. Muratori, Thesaur. 53. 5. Schoepflin, Alsat. illustr. I. 463. Orelli Inscr. Lat. I. 358. 2051. De Wal, de Moedergodinnen. 64. XCII.

„Muratorius (ita Hagenbuchius in epistola ad Schoepflinum) Suliviam Idennicam Minervae votum solvisse arbitrabatur. Deam potius esse Suleviam, eandem Suleviae s. Silvanae facile possumus existimare. At quid Idennicae? Epithetonve Suleviae Celticum? an Idennica numen ἄγνωστον, cui aeque Suliviae et Minervae votum est factum?" De Matribus vel Nymphis Suleviabus, quas a nostra Dea prorsus alienas habeo, cf. opusculum meum: de Moedergodinnen, p. XLV et inscriptiones ibid. no. LXXXVIII. — XCII.

CCCXXX.

DEAE SVLLEVAE
PRO SALVTE ET
INCOLVMITATE
MARC. AVFIDII
MAXIMI. LEG
VI VICT
AVFIDIVS
TVC . . . . . V. S. L.
V. S. L. M.

Deae Sullevae, pro salute et incolumitate Marci Aufidii Maximi, (centurionis) legionis sextae victricis, Aufidius Tucca-- uti suscepit lubens votum solvit laetus merito.

Ara a. 1710 Thermis Britannicis (*Bath*) reperta.

Cf. Englefield, Account of Antiquities discovered at Bath, in Archaeologia. X. 326.

CCCXXXI.

TIB CAESARE
AVG IOVI OPTVM
O
M A X V M O M
NAVTAE PARISIACI
PVBLICE POSIERV
NT

—

EVRISES

—

SENANI VEILO

═

VOLCANVS

—

IOVIS

—

E S V S

—

TARVOS . TRIGARANVS

═

CASTOR

—

(POLLVX)

—

CERNVNNOS

—

SEVI RI ƆS

Inscriptiones monumentorum in choro Ecclesiae Cathedralis Lutetiae Parisiorum anno 1711 repertorum. Singula nomina superscripta sunt figuris hominum animaliumque, quarum interpretationi supersedeo, donec ipsos aliquando lapides adspicere mihi licuerit.

Cf. Martin, Religion d. Gaul. II. 44-110. Johanneau, Rapport, in Mém. de l'Acad. Celtiq. I. 140-170. Schreiber, Taschenb. f. Gesch. v. Suddeutschland, 1840. (II). 126.

CCCXXXII.

IOVI ET NEMAVS
TITVLVS HERM. EXACTOR OPER
... LICAE MARMO
RARIVS ET LAPI
DARIVS.

Iovi et Nemauso Titullus Hermes, exactor operae publicae marmorarius et lapidarius.

Lapis Nemausi repertus.

Cf. Muratori, 2045. 5. Orelli, Inscr. Lat. II. 255. 4220.

CCCXXXIII.

TOGOTI
L. VIBIVS
PRISCVS
EX VOTO.

Togoti Lucius Vibius Priscus ex voto (posuit).

Lapis Elborae sive Talabrigae (*Aveyro*) in Hispania repertus.

Cf. Reines. Syntagm. 194. 121. Orelli, Inscr. Lat. I. 358. 2058.

CCCXXXIV.

MERCVRIO
CANETO.

Inscriptio a. 1830 prope pagum Berthouville in Normannia reperta.

Cf. Aug. Le Prévost, Mémoire sur la collection de vases antiques, trouvée en mars 1830 à Berthouville, arrondiss. de Bernay (Caen 1832) p. II. 21. 23. 26. Hoc libro uti mihi non licuit, textumque referre sufficiat e Bergeri Epistola: Lettre à M. Hase, caet. 46. (2).

CCCXXXV.

DEO MERCVRIO
KANETONNESSI.

Inscriptio reperta uti superior.

Cf. Le Prévost, Mém. II. et 17 Hase, Lettre, 46.

CCCXXXVI.

VERORE
RVFVS
ME EX
VISV

Veroreo Rufus monumentum exerit ex visu.

Lapis in Gallaecia repertus, mihique tantum ex Orellii opere cognitus.

Cf. Masdéu, Opusc. 168. Orell. Inscript. Lat. I. 359. 2068.

1. VERORE. In alio lapide ibidem reperto irescptum esse VIRRORE testatur Orellius.

CCCXXXVII.

IN H. D. D.
MERCV$\overset{\text{I}}{\text{R}}$O
ARVER. NORICO
COSILIVS D
ONAVI ES VISV
LETVS LIB. MERITO.

In honorem domus Divinae. Mercurio Arvernorum Norico Cosilius donavi ex visu laetus libens merito.

Ara Miltenburgi reperta. Textum referre contingit ad apographen cl. Hefneri, qui illum descripsit et mecum benevole communicavit.

5. ES loco EX. Sculptoris error.

6. LETVS loco LAETVS. Similiter EDIFICANDVM ap. Jahn, Spec. epigr. in mem. Ol. Kellermanni, 26. 21. EDICLA, ap. Lersch, Centralmus. III. 100. MAXIMINE FILIE, ibid. I. 36 et alibi.

CCCXXXVIII.

SILVANO. TETEO. SERVS. FITACIT EX VOTOR.
DEO CES. ONIO EX. VOTO. POSVT AT. ERNVSO.

Silvano Teteo Serus, filius Taciti ex voto restituit. Cesonio ex voto posuit (P)aternus O(ptatus).

Inscriptio in patera terrae sigillatae Tabernis Rhenanis (*Rheinzabern*) reperta, vix discrepans ab illa, quam supra

no. CCLXVII adtuli, addita alia, no. LXXXVIII memorata. Duas tabulas votivas in eodem monumento expositas, quod exemplo prorsus caret, inprimis notandum. Servatur in Antiquario Regio Monacensi.

Cf. Schweighaeuser. in Ephemerid. l'Institut, 1839. IV. 8. Von Hefner, röm. Denkmäler Oberbayerns u. d. Kön. Antiquariums. 90.

1. Schweighaeuserus Teteum Silvani cognomen non habet, sed huic votum a Teteosero relatum putat. Aliae paterae, quarum supra (p. 193) mentionem fecit, has ferunt inscriptiones:

SILVANO
TETEO
SERVS
FITACIT
EX VOTOR.

—

SIL - - VANO
TE - - TEO
SE - - ROS
FITA - - CIT
EX VO - - TOR.

Duae praeterea in eodem loco repertae sunt arulae, altera ex lapide e Dykiana collectione in Museum Antiquarium Monacense translata, altera e terra sigillata confecta, quae similes referunt inscriptiones:

SILVANO
TETTO
SERVS
FITACITI
EX VOTOR.

CCCXXXIX.

CVRTELIA PREPVSA
MARTI LOVCETIO
V. S. L. L. M.

Curtelia Prepusa Marti Loucetio votum solvit laeta lubens merito.

Inscriptio in tabula aenea a. 1836 ad vicum Marienborn reperta hodieque in Museo, quod Aquis Mattiacis est, servata.

Cf. Steiner, Cod. Inscript. Rom. Rh. I. 179. 309.

CCCXL.

MARTI LEVCETIO
PRO SALVTE IMP
DOMINI N. AVG. PII
Q. VOCONIVS. VITV
LVS LEG. XXII PR.
P. F. PONENDVM
CVRAVIT.

Marti Leucetio, pro salute Imperatoris domini nostri Augusti (Antonini) Pii, Quintus Voconius Vitulus, (centurio) legionis vicesimae secundae primigeniae piae fidelis, ponendum curavit.

Ara in vico Armuth reperta, postea in usus domestico usurpata. Pars tantum dimidia superstes Aquis Mattiaci servatur.

Cf. Gruter, Thes. 58. 3. Fuchs, Alt. Geschichte v. Mainz, I. 34. Wiener, de legione XXII. 115. Lehne, Annal. d. Nass. Vereins f. Alterth. I. 17. Orelli, Inscr. Lat. I. 280. 1356. Steiner, Cod. Inscript. Rom. Rh. I. 144. 248.

1. Inscriptionem primus edidisse dicitur Huttichius in Collectione Antiquitatum in urbe et agro Moguntino, quem librum hucusque frustra quaesivi. Martis cognomen plurimi ad Leucen insulam Ponti exiguam Borysthenis ostio obiectam referunt: quibus tamen assentiri vix ausim. Scilicet in Antonini Pii bello contra Tauroscythas gesto ad hanc insulam appropinquasse Romanos neutiquam constat. „In hac Taurica insula (ita Ammianus Marcellinus, Hist. l. XXII) Leuce sine habitatoribus ullis Achilli dedicatur. In quam si fuerint quidam forte delati, visis antiquitatis vestigiis temploque et donariis eidem heroi consecratis, vesperi repetunt naves." Alios et hunc memorare Achillis cultum scriptores vulgo notum est: Martem vero Leucetium finxisse Voconium, ut Antonino felices in bello successus auguraretur, ecquis credet? Ad Leucos vero, populum Treveris et Mediomatricibus finitimum, Martem haud inepte retulerunt alii, quippe quos excusso lacerto optimos laudat Lucanus. Obstat tamen, quod in superiori inscriptione non *Leucetius* sed *Loucetius* nuncupatur Mars. Cognomen itaque forte a vetustate Latina petitum, uti Iupiter Lucetius, Iuna Lucetia. Gell. Noct. Att. V. 12: „(Iupiter) simile nomine Diiovis dictus est, et *Lucetius;* quod nos die et luce quasi vita ipsa afficeret et iuvaret. *Lucetium* autem Iovi Cn. Naevius in libris belli Poenici appellat." Festus: „Lucetium Iovem appellabant,

quod eum lucis esse auctorem credebant." Cf. et Serv. ad Virgil. Aen. IX. 570. Vid. Mommsen, Nachträge zu den Oskischen Studien, in: Zeitschrift für die geschichtliche Rechtswissenschaft, von Savigny, Eichhorn und Rudorf. (Berol. 1846) XIII. 413.

CCCXLI.

DEA
CAM
IORI
CEVO
TVM.

Dea Camioricae votum.

Inscriptio in ara ante paucos hos menses (Dec. 1846) Suessionibus reperta; in adverso arae latere Mercurii Gallici simulacrum exsculptum esse significarunt Ephemeridum Suessionensium editores.

Cf. Bulletin de la Société d. Antiq. de Picardie II. 348 (9 Déc. 1846).

Inscriptionis sententiam eruere frustra conetur quispiam, nisi ipsi aram inspiciendi exstet occasio: donec accurata monumenti effigies publici iuris erit facta. Num vero e Mercurii Gallici imagine suspicari fas sit, monumentum DE*o* A*ugusto* CAM*bo* esse dicatum, diiudicent alii.

CCCXLII.

AVG SAC
DEAE SEQ
FL FLAVIV
PRO. SAL
. . . VNA
NEP. SVI
EX VOTO
V. S. L. M.

Augustis sacrum. Deae Sequanae Fluminis Flavius pro salute et fortuna nepotis sui ex voto votum solvit lubens merito.

Inscriptio in ara a. 1836 haud procul a Divione ad ipsos Sequanae fontes reperta.

Cf. Henr. Baudot, Rapport sur les Découvertes Archéologiques faites aux sources de la Seine (Dyon 1845.) 33. tab. II. 9.

2. Aliud quoque parvulum monumentum ibidem repertum Sequanae deae dicatum videtur. Laudabilis admodum Divionensium in hisce Antiquitatis ruderibus indagandis procedendi ratio, Baudotiique opusculum omnibus commendandum videtur, qui talium institutorum curam agunt.

CCCXLIII.

. MANDVS
EX. C. FRIS.
VINOVIE
V. S. L. M.

Amandus ex civitate Frisiorum Vinoviae votum solvit lubens merito.

Inscriptio in arae fragmento, Vinoviae (*Binchester*) in Episcopatu Durhamiensi reperta.

Cf. Lyson, Reliquiae Britann. Rom. I. tab. XII. Leemans, in Vrye Fries, III. 11. 12.

SLAVONICARVM INSCRIPTIONVM EPIDOSIS.

CCCXLIV.

AFFVMIGEM PIKOLLIO ELLYCHNIO.

Deo Pikollo, cui lampas fulget, sacrificium offero.

Inscriptio latina, Runis wendicis permixta in bracteato nummo aureo, a Wolanskio explicata. Dei imaginem circumdat, eique adstat lampas aeterna.

Cf. T. v. Wolanski, Briefe über Slawische Alterthümer. (Gnes. 1846). I. 20. 35. Tab. III. 1.

CCCXLV.

IMMOLAVIT SAMBORINVS DVX KORVCH OLITORI.

Inscriptio, literis Runicis in amuletum aureum infixa Circumdat equitem falcone comitante.

Cf. v. Wolanski, Briefe, 22. 37. tab. III. 5.

KORVCH. Ita pro *Krucho* scriptum.

CCCXLVI.

M. O. K.

Kurcho Optimo Maximo.

Inscriptio inverso ordine in amuletum aureum literis runicis infixa, cuius mediam partem eques sine falcone occupat.

Cf. v. Wolanski, Briefe, 22. 37. tab. VII. 32.

Videtur haec inscriptio a Lithuanis esse composita in imitationem earum, quae *Iovi Optimo Maximo* a Romanis erant dicatae. Cf. v. Wolanski, l. l. 4.

INDICES.

I.

DEORUM DEARUMQUE NOMINA.

II.

INDEX NOMINVM.

III.

INDEX RERVM ET LATINITATIS.

IV.

INDEX GEOGRAPHICVS ET HISTORICVS.

18.

V.

INDEX LOCORVM, VBI REPERTI SVNT LAPIDES.

Numerus indicat inscriptionum seriem.

Lusitania Hispania.

Britannia.

VI.

INDEX LOCORVM NONNVLLORVM, VBI MONVMENTA SERVANTVR.

ERRATA.

Pag. 5 v. 16.	*Notum*	l. *votum.*
— » — 17.	*Falione*	l. *Falcone.*
— » — 24.	73	l. I. 7. 73.
— 11 — 6.	*reecit*	l. *reiecit.*
— » — 8.	*tamen*	l. *equidem.*
— » — 20.	1845	l. 1846.
— 19 — 18.	*Marcelli*	l. *Morcelli.*
— 24 — 6.	*Broelmann*, *Epid. fig.* 19. dele.	
— 25 — 21.	*Belucadro*	l. *Belatucadro.*
— 26 — 25.	*Beatucadro*	l. *Belatucadro.*
— 30 — 2.	*equitis*	l. *equitum.*
— 42 — 16.	*Consorio*	l. *Censorino.*
— 51 — 10.	*Herrschap*	l. *Herrschaft.*
— 62 — 31.	180. 4.	l. 130. 4.
— 66 — 6.	*ogtonio*	l. *chtonio.*
— 81 — 6.	FOS	l. COS.
— 86 — 8.	GISACO	l. DEO GISACO.
— 107 — 9.	642.	l. 64. 2.
— 108 — 23.	SACR.	l. SACRV.
— 109 — 14.	dele.	
— 110 — 11.	11	l. II.
— 118 — 12.	GLIX	l. CLIX.
— 125 — 10.	*Augusti.*	l. *Augusti memor gratus.*
— 130 — 28.	*Gennalonis*	l. *Gennalonis filius.*
— 158 — 15.	*Fusci*	l. *Fuscius.*
— 161 — 24.	I. c. 4. add. 45.	
— 168 — 12.	IV COS	l. VI COS.
— 203 — 8.	283	l. IV. 283.
— » — 10.	I. 45. 4.	l. I. 45. 5.
— 276 — 14.	*Vitalus*	l. *Vitalis.*